image
not
available

AD

CONCORDATA

NATIONIS GERMANICAE

INTEGRA

DOCVMENTORVM

FASCICVLVS QVARTVS.

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE,
IMPENSIS TOBIAE GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAE VNIVERSITATIS
BAMBERGENSIS, 1777.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Documenta ad Concordata Nationis germanicae integra faſciculo colle-cta tertio coronidem toti impoſuiſſent operi, niſi eruditis compluribus gratum et acceptum fuiſſet, hiſce documentis Concordatorum hiſtoriae ac interpreta-tioni inſeruientibus adjectas ſimul eſſe elucubrationes, quibus cauſſae ex Con-cordatis hiſce decidendae illuſtrantur, quae tamen ultra loci natalis moenia vix euolant, et ad exterorum manus non per-tingunt. En rationem, quae me mouit, ut faſciculis prioribus denuo adderem quartum! Complectitur is non modo vniuerſalem Eccleſiae circa beneficia oe-conomiam, ſed et Eccleſiarum Germa-niae in Turno eccleſiaſtico diſciplinam, et Concordatorum epocham anteuer-tentem, et ab eorum natalitiis, et poſt illa materiem, a clar. D. Dürr jam anno 1773. adpromiſſam, ſed quantum ſcio, necdum publici juris factam. Quantis ea difficultatibus obnoxia ſit, norunt omnes; hinc arridebunt operae

Bambergae die 20.
Iunii, 1777.

Bibliopolae.

Digitized by Google

P. E. Chryſoſtomi Probſt, *Ord. S. Franc. Recollect. SS. Theolog. Lector. emeriti, et in Conuentu Bambergenſi SS. Canonum ante actualis, nunc ejusdum Quardiani.*

Turnarii Eccleſiarum Germaniae tum Cathedralium, tum Collegiatarum, ad illuſtrandam earum diſciplinam

CONSPECTVS.

CAPVT I.

Quid nominis et rei beneficium ſit generice acceptum? Vnde ſuos ab exordio ſuſtentabat Miniſtros Eccleſia? atque de variis ejusdem redditibus ad vſque ſaeculum praecipue quintum, ſeu primam bonorum eccleſiaſticorum diuiſionem.

CAPVT II.

Quis illa aetate, ab exordio videlicet Eccleſiae vſque ad primam bonorum diuiſionem conſtituendi Miniſtros Eccleſiae habuerit poteſtatem? Num ea penes

penes ſolos remanſerit Epiſcopos? Atque vtrum iacta ſint quaedam beneficiorum poſtea inſtituendorum ſemina? Denique quinam et quales fuerint tunc Miniſtri Eccleſiae, aut Clerici ſuo modo beneficiarii?

CAPVT III.

Quis illo in antecedentibus laudato tempore conſtitutorum Miniſtrorum ſuſtentandorum curam, ac proin prouentuum Eccleſiae diſpenſandorum habuerit poteſtatem? qualiterque ea facultas penes ſacros perſtiterit Praeſules?

CAPVT IV.

Quae ſaeculis V. et VI. viguerit diſciplina, vbi prima tum reddituum, tum fundorum diuiſio inuenitur, atque de Epiſcoporum non minus circa beneficiorum conlationem, quam Miniſtrorum ſuſtentationem diſſeritur facultate; atque nomen *Canonicus* primo obtinuiſſe vſum commonſtratur.

)(3 CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

De conferendorum beneficiorum poteſtate, ſuſtentandique Cleri Epiſcoporum cura ſaeculo VII. atque de *juris Patronatus*, ac Parochorum *primitiuorum* ea aetate initiis. Demum de ſaeculi VIII. circa praedictam Epiſcoporum facultatem oeconomia vſque ad *Crodegangi* auſpicia.

CAPVT VI.

Vtrum Epiſcopis tum in ſacris Miniſtris conſtituendis, tum ſuſtentandis, grauioribusue quibusuis negotiis ſuus fuerit Senatus jam inde a primis Chriſtianismi incunabulis?

CAPVT VII.

Num durante ea beneficiorum diſciplina antiqua ab Eccleſiae exordio vita Clericorum extiterit communis vſque ad *Crodegangi* initia?

CAPVT VIII.

De Crodegangici Inſtituti initiis, adprobatione, et receptione: deque ſtabilito

Digitized by Google

bilito ibidem Clericorum viuendi genere in *Germania* potiſſimum.

CAPVT IX.

Qualis eo in Inſtituto conferendorum beneficiorum, ac ſuſtentandorum Clericorum fuerit ratio? qualiterque prima facta ſit menſae Epiſcopalis a menſa Canonicorum ſeparatio?

CAPVT X.

Qualiter celebratiſſimum *Crodegangi* Inſtitutum ceſſauerit?

CAPVT XI.

De immutata poſt ſolutum *Crodegangi* Inſtitutum conferendorum beneficiorum ratione, atque inde inuecto in Eccleſias ſiue Cathedrales, ſiue Collegiatas *Turno*: deque Capitulorum circa eundem *Turnum* conſtabiliendum poteſtate.

CAPVT XII.

Quid igitur rei ſit *Turnus*; et quotuplex? Quidque nunc ſint praebendae

ac

Digitized by Google

ac beneficia, circa quae potiſſimum *Turnus* verſatur?

CAPVT XIII.

Exempla *Turni* tum *majoris*, tum *minoris*, Concordatorum epocham anteuertentia.

CAPVT XIV.

Exempla vtriusque *Turni majoris* et *minoris* a Concordatorum nataliciis, ac poſt illa.

CAPVT XV.

Siſtit exempla *Turni errantis*: variaque reſoluit circa *Turnum* dubia.

CA-

Digitized by Google

CAPVT I.

Quid Nominis et *Rei* beneficium ſit generice acceptum? Vnde ſuos ab exordio ſuſtentabat Miniſtros Eccleſia? Atque de variis ejusdem redditibus ad vsque ſaeculum praecipue quintum, ſeu primam bonorum Eccleſiaſticorum diuiſionem.

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 1. *Quid Nominis ſit beneficium?*
2. *Quid rei?*
3. *Diuiſio varia.*
4. *Quid Eccleſia circa hoc?*
5. *Edocta a Chriſto.*
6. *Ab Apoſtolis.*
7. *Singulariter a Paulo.*
8. *Interueniens mutatio.*
9. *Quid Saeculo ſecundo, tertio, et quarto?*
10. *Continuatio antecedentis.*
11. *Vlterior Confirmatio.*
12. *De Sportulis.*
13. *De Benedictionibus.*
14. *De Primitiis et decimis.*
15. *De Collectis.*
16. *De Menſurnis.*
17. *De Portionibus.*
18. *De Redditibus, et Largitionibus ſub Conſtantino. etc.*

§. I.

QVID NOMINIS BENEFICIVM SIT?

Quicunque ſuas alteri operas locat, illarum ab eo mercedem, qua illae penſentur, recipiat, neceſſe eſt. Si ergo quis Reipublicae, aut Superiori ſe addicit, tribuendum itidem eſt ſtati commodi quid, cui negotio ſtipendii, aut beneficii nomen *Romani* adcommodauerunt. *a*) Vſuuenit heic apud Latinos vox *Beneficii*, quae alias latius patet, et plerumque *gratuitam* plane liberalitatem ſignat, ſenſu aliquatenus improprio. Non ita male tamen, cum beneficium iis etiam dicatur ea liberalitas, cujus nomine accipiens onus aliquod ſubire cogitur, adeoque *plane gratuita* non exſiſtit. *b*) Sic dum *Titii* opera reliquorum omnium operis praefertur, ei reuera *beneficium* obtingit. Imo omne id, quod Reſpublica largitur, honoris cauſa *beneficium* compellamus.

§. II.

QVID REI?

Apud *Romanos* quam maxime ſolemnia fuerant veteranorum emeritorum, aliorumque ob merita antecedentia indulta. Romanorum veſtigia inſecuti ſunt primi poſt Ro-

a) L. *Matriculam* 3. C. *De agentibus in rebus.* L. *Hac* 2. C. *De Praepoſitis agent. in reb.*

b) L. *Titius* 3. ff. *de obſequiis Parentibus et Patronis praeſtandis.*

Digitized by Google

Romanos rerum in Germania potiti *Franci*, itidem Germaniae populi; apud quos velut apud *Romanos* eadem jura erant cum juribus Proprietariorum, et inde *Allodiorum* laudatos apud Francos origo, quibus proprium idem erat, quod temporis tractu Allodium (*Franc-Aleu*) nuncupatum eſt. Etenim quum haut ſecus in vna, atque altera Gente ſuperior inferioris indigeat miniſterio, heinc ſatis conſtat, *Germanis* aeque ac *Romanis* id genus beneficia vſu veniſſe. Vnde leges patriae rem beneficiariam frequentiſſime loquuntur.

§. III.
BENEFICIVM MVLTIVARIAM DIVIDITVR.

Prout vero varii ſunt in vita conſociali ſtatus, ita pariter diuerſa miniſteria eo ſpectantia, diuerſaeque beneficiorum diuiſiones intelliguntur. Aut enim quis militat in bello; vnde *beneficium militare* a) Aut in pace, et Regimine, vnde *beneficium Curiae* aut *officii.* b)

a) Auguſt. in diuerſ. ſerm. 3. tom. 10. et ſermon. 1. in Vigil Pentecoſt. ibid. apud *de Senkenberg* in prim. line: jur. Feud. proleg. § 5. ex quo haecce mutuata ſunt.

b) C. de agent. in reb. Item *de Praepoſ. agent.* et ſqq. Tit. Item *de Palatinis ſacrarum largit.* L. *Non aliter* 9. *Non aliter quilibet in officio ſacrarum largitionum vel priuatarum rerum cingulum militiae ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtrae manſuetudinis adnotationem meruerit.*

Aut Eccleſiae ſeruit, adeoque Chriſtomilitat, quod Clerici munus eſt, quo caſu *Beneficium Eccleſiaſticum* confertur. *a*) Aut denique in ſtatu oeconomico Domino, ſeruitia ruſtica praeſtando, quis adeſt, et *beneficium ruſticum* conſequi dicitur. *b*) *Emphyteuſes* et *Precarias* olim *beneficia* dictas, conſtat. *c*) Beneficiorum conditio ea antiquitus fuerat, quae nunc eſt Feudorum, ita, vt beneficium et Feudum promiſcuo veniant vſu in libris Feudorum.

§. IV.
QVID ECCLESIA CIRCA HOC?

Eccleſia igitur ſuis largiri ſtipem Miniſtris congruam, pro juſto legitimoque eſſe cenſuit. Nunquid enim et inanium etiam Deorum Cultoribus atque Sacrificulis, id, quod ad vitam hanc non admodum aegre ac grauate decurrendam expoſtulabat neceſſitas, in ſuam pendebatur alimoniam. *Geneſis* id nobis liber teſtatum reliquit de *Ægyptiorum* Sacerdotibus, ex publicis horreis ſuum victum larga manu recipientibus. *d*) Aſt miſ-
ſam

a) Tot. Tit. *de Praeb. et Dignit.*
b) L. *Jubemus* 14. C. de ſſ. *Eccleſiis.* §. 5.
c) loc. mox cit. videatur quoque *Senkenbergius laudatus.*
d) Gen. c. 47. v. 22. *Praeter terram Sacerdotum, quae a Rege tradita fuerat eis: quibus et ſtatuta cibaria ex horreis publicis praebeantur, et idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas.*

ſam faciamus vmbratilem, commentitiamque Religionem omnium eorum populorum, quorum in ſacris adminiſtros, Principum aliorumue largitate, ſuſtentatos nouimus. Tenebricoſa etenim ea erat imitatio, et decolor imago veriſſimae Religionis. Sed vtcunque tamen ex ea vox *Naturae* exauditur, et lex deprehenditur, quam omnibus pectoribus inſcripſit ſummus Conditor, quaeque ideo in omnes orbis nationes, in omnes hominum aetates propagata eſt. Legem eam *Naturae* forſan obſcuratam, non certe obliteratam, innouauit lex *Moſaica*, quae Miniſtros ſacros procurandae populorum ſaluti, populos vero Miniſtrorum ſacrorum, ſeu Leuitarum ſuſtentationi mancipauit.

§. V.

EDOCTA A CHRISTO.

Abunde id nobis erit, penſare verba Chriſti, ſummi et aeterni Eccleſiarum Magiſtri: Ex quibus manifeſte eluceſcet non jus ſolum Miniſtrorum ſacrorum, vt ſuſtententur, et officium populorum, vt ſtipem conferant; ſed vſus etiam et obſeruantia ſanctiſſimae hujus legis, quamdiu in terris Ille extitit ſuperſtes, et prima dedicauit Eccleſiae ſuae exordia. Quo primum die Chriſtus Apoſtolos ſuos ablegauit ad Euangelii promulgationem, auro, argentoque, cibis, veſtibusque ſuperfluis illos exonerauit, quod opera-

 riis

Digitized by Google

riis neceſſaria vitae adminicula negari non poſſint. *a*) Quin et ipſe Apoſtolorum ſuorum ſodalitio cinctus, praedicans regnum Dei ſectatrices habebat foeminas opulentas, quarum expenſis vitam toleraret. *b*) Alium beneficentiae ſementem reperimus in eleemoſynis, quae recondebantur in futuros vſus, vt patet ex *Juda* perfidioſo hujus ſacri depoſiti Cuſtode. *c*)

§. VI.
ET AB APOSTOLIS.

Triplici ex hoc penu promebantur neceſſaria alimenta, quibus victitabat Chriſtus cum Apoſtolis ſuis, quamdiu et explicabat ipſe, et ab Apoſtolis explicari jubebat ſacerdotalium functionum ſeriem. Poſtquam vero reuectus ab inferis ſeceſſit ſempiternum Patris ſinum, tum Apoſtolis fons ſcaturire coepit longe vberior ex fidelium munifica largitate. Qui enim Chriſti fidei accedebant, tum incun-

a) Math. 10, v. 9. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus eſt enim operarius cibo ſuo.* Luc. 10. v. 7. *In eadem autem domo manete, edentes, et bibentes, quae apud illos ſunt; dignus eſt enim operarius mercede ſua.*

b) Lucae 8, v. 3. Et *aliae multae, quae miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.*

c) Joan. 12. v. 6. *Quia fuerat, et loculos habens, ea, quae mittebantur, portabat.*

Digitized by Google

cunctanter haereditates et latifundia ſua diſtrabebant, pretiumque in eos diſpenſabant, quibuscunque quouis opus eſſet, atque ad eum modum communia erant omnia. *a*)

§. VII.
SINGVLARITER A PAVLO.

Obiter hic ad *Pauli* Epiſtolas conuertamur, vbi ex lege *Naturae*, *Moſaica*, et lege denique expreſſa *Chriſti* invictiſſime probat, inſolubili juris vinculo teneri populos, vt temporalis vitae ſubſidia illis ſufficiant, qui vel praedicationis verbo, vel altarium miniſterio ſempiternae eorum ſalutis curam agunt. *b*) Teſtatum mox facit, ea poteſtate vſos eſſe ceteros Apoſtolos, ſe vſum non eſſe Corinthi quidem, idque de induſtria, vt Corinthios facilius temporalium abdicatione Chriſto lucrifaceret.

a) Actor. 2. v. 44. *Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, et habebant omnia communia. Poſſeſſiones et ſubſtantias vendebant, et diuidebant illam omnibus, prout cuique opus erat.*

b) 1. Cor. 9. ferme per totum: *Nunquid non habemus poteſtatem manducandi et bibendi? ... quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam, et de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, et de lacte gregis non manducat? ... Scriptum eſt in lege Moyſi: non alligabis os boui trituranti... Ego autem nullo horum vſus ſum.... Omnium me ſeruum feci, ut plures lucrifacerem.* Vide ibi. Item 2. Cor. cap. 8. et 9.

Digitized by Google

§. VIII.

INTERCESSIT ALIQVA IMMVTATIO.

Porro Apoſtoli non multo poſt tempore dilatandam in Gentibus fidem praeſagientes, noluiſſe ab aliquibus dicuntur in *Judaea* fundos vllos ſeruari, atque dediſſe operam, vt, qui dati fuerant, quamprimum venirent. *a*) Aſt quiquid ſit, extra dubitationis eſt aleam, fideles praedia ſua, aliaue bona non amplius vendere, eorumque pretia ad aerarium commune conferre coepiſſe: quo factum, vt ab primaeua illa, in qua cum Clericis et pauperibus hucusque vixerant, bonorum omnium communione receſſum fuerit, ſolis Clericis, pauperibus, ſimilibusque in eadem relictis. *b*) Quoad ceteros extra Judaeam ex Gentibus collectas Eccleſias, etſi litteris ſacris mandatum nihil ſit, neque de aliqua inter earundem fideles totali communione bonorum ſcitum quid exſiſtat, nemo tamen ambigat, ab illis ſaltem ſacros Miniſtros et pauperes, ſimilesque vitae alimoniam recepiſſe, ad quem vſum primitiae ac decimae reuocabantur. In quo antiquiſſimo fidelium more hodierna erectorum beneficiorum oeconomia adumbrata credi absque piaculo valet.

§. IX.

a) *Ex Melchiade P.* Huc facit can. *Futuram.* 15. C. XII. q. 1. ſed non admodum moramur ob authentiae defectum.

b) Conf. *Engelhardt* diſſ. de Bonor. Eccleſiaſt. Dotal. collect. §. 5.

§. IX.

QVID SAECVLO SECVNDO, TERTIO, ET QVARTO?

Secundo et tertio ſaeculo vt indubitatum nouimus, rem Eccleſiae temporalem ex oblationibus potiſſimum excreuiſſe, quae ad altare fierent. Cum enim Eccleſiae ſua eſſent templa et altaria, ſicut et ſacrificia, diuinae prorſus victimae: qui vel ex *Judaeis* ad eam, vel ex Gentibus confluebant, non poterant non illi ex prioris ſuae impulſu Religionis, quin imo ex ipſo inſtinctu impetuque Naturae ad altare hoc nouum hoſtias obferre, quibus et ſua eluerent commiſſa, et Miniſtros altaris ſuſtentarent. Tanto autem ſuavius, validiusque inuitabantur fideles ad has hoſtias obferendas, quod ad earum communionem mox ipſi vocabantur, quod paradoxum erat in *Judaeorum* et *Gentilium* ſacris. Vigebant SS. Patres, quos inter praecipuus audit *Cyprianus* variis in locis. *a)*

A 5 §. X.

a) Vnicus heic nobis ſubficiat ex Epiſt, ad Presbyt. Diacon; et plebem *Furnit.* lib. 1. Ep. 9. edit. *Baſil.* de an. 1521 pag. 35. „Ordinationis et religionis formam Leuitae prius in lege tenuerunt, vt cum terram diuiderent, et poſſeſſiones partirentur vndecim Tribus, Leuitica Tribus, quae templo et altari et miniſteriis diuinis vacabat, nihil de illa diuiſionis portione perciperet, ſed aliis terram colentibus, illa tantum Deum coleret, et ad victum et alimentum ſuum ab vndecim tribubus de fructibus, qui naſcebantur, decimas percipe-

§. X.
CONTINVATIO ANTECEDENTIS.

Tam vehementes non poterant penitus ſteriles eſſe exhortationes. Simillimum ergo veri eſt, non mediocri ex parte fideles, aut poenitentes ſaltem, tam pulcra et tam ſa-

ret. Quod totum fiebat de authoritate et diſpoſitione diuina, vt qui operationibus diuinis inſiſtebant, in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere ſaecularia cogerentur. Quae nunc ratio et forma in Clero tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ad ordinationem clericalem promouentur, nullo modo ab adminiſtratione diuina auocentur, ne moleſtiis et negotiis ſaecularibus alligentur, ſed in honore ſportulantium fratrum, tanquam DECIMAS ex fructibus accipientes, ab altari et ſacrificiis non recedant, etc., ,Conf. *Mamachi* de' Coſtumi de' primit. Criſtiani lib. terzo capo 1. § 3.,, Grandiſſima era la pietà de' noſtri Maggiori verſo i fedeli biſognoſi, ſembra eſſer ella opportuna coſa, che brevemente dimoſtrano, quali foſſero, e a qual claſſe apparteneſſero le perſone, che da loro erano ſovvenute. E in primo luogo debbono eſſere mentovati i chierici, i quali eſſendoſi ſpecialmente conſacrati al culto, e al ſervizio del Signore, ed eſſendo deſtinati al miniſtero del ſacro altare, e non potendo perciò attendere a' negozi ſecolareſchi, doveano eſſere ſoſtentati dagli altri. Erano eglino pertanto mantenuti colle oblazioni, che da' Criſtiani faceanſi alle chieſe, talchè non mancava loro né il vitto, nè il veſtito, poichè altrimente ſarebbero ſtati coſtretti a girare per procacciarſi da vivere, la qual coſa non parea conveniente allo ſtato, che profeſſavano ,,

Digitized by Google

ſalutaria amplexatos eſſe conſilia, et patrimonia Deo conſecraſſe, quae mox Perſecutor inuolaturus eſſet. Itaque refloreſcebat ſemper in Eccleſia primaeuum illud decus eorum, qui voluntaria ſua paupertate *a*) et omnium egenorum inopiam leuabant in terra, et in coelis incorruptibilem ſibi congerebant theſaurum. Hymnum percipiamus *Prudentii* in laudem B. *Laurentii*. *b*)

Tunc ſumma cura erat Fratribus,
Vt ſermo teſtatur loquax,
Offerre fundis venditis
Seſtertiorum millia.
Addicta Auarorum praedia
Foedis ſub auctionibus
Succeſſor exhaeres gemit,
Sanctis egens parentibus.
Haec occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis
Et ſumma pietas creditur
Nudare dulces liberos.

§. XI.

VLTERIOR CONFIRMATIO.

Non in toto noſtrum largimur adſenſum clariſſ. *Barthelio* *c*) dum adſerit, " Eccleſia in

a) Ex his voluntaria in primis ſaeculis paupertas oſtenditur.

b) Hymno 2. de Coron. ap. *Thomaſ.* N. et V. D. part. 3. lib. 1. cap. 2. n. 4.

c) Diſſert. ſpecial. de Conc. Germ. cap. 2. n. 1.

in tribus primis perſecutionem ſaeculis bona aut praedia poſſidebat nulla, ſuorum vero Miniſtrorum neceſſariam ſuſtentationem e quotidianis fidelium oblationibus deſumebat.„ A veriſimilitudine enim nihil diſtat, in Oriente complures fidelium conſueta ſua largitate Eccleſiis dono contuliſſe fundos, vt ſimul et ſemel ſiue pretio, ſiue fructibus eorum pauperes juuarentur, quidni et Clerici alerentur, quorum cum Pauperibus eadem ferme ſemper pars extiterat. De iſtiusmodi fundis propriis ab Eccleſia ſub Imperatorum Gentilium Tyrannide poſſeſſis teſtimonium perhibet *Ælius Lampridius*. a) Cum *Paulus Samoſatenus* ab Epiſcopatu *Antiocheno* legitima epiſcopali ſententia dejectus, ex Epiſcopi domo illi Eccleſiae propria excedere detrectaret, Imperator *Aurelianus* eam ob rem cauſſatus, praecepit, eas Eccleſiae aedes adtribuendas, quibus Chriſtum profeſſi Italiae, Vrbisque *Romae* Epiſcopi juberent incolendas. Alter locuples nobis teſtis eſt *Euſebius* b) de *Conſtantini* M. lege, qua redhiberi juſſit Eccleſiis domos, poſſeſſio-

a) *In Alexandro Seuero.* Cum Chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra Popinari dicerent, ſibi eum deberi, reſcripſit *Alexander Seuerus*, melius eſſe, vt quomodocunque illic Deus colatur, quam Popinariis dedatur. Conf. Zech. de Jur. rer. Eccleſ. tom. 4. a. §. 6.

b) De vita *Conſtantini* lib. 2. edit. *Baſileenſi.* ejus oper. p. mihi 669.„ Idcirco, quae neceſſitas exitioſa coegit, vt adirentur, illa modo retinere

Digitized by Google

ſeſſiones, agros, hortos, quibus eas inuidentiſſimus perſequentium furor ſpoliaret, vt ne vllus ambigat, ante Conſtantini Imperium ſuos fuiſſe Eccleſiae fundos, agroſue.

§. XII.

DE HIS ECCLESIAE BENEFICIORVM REDDITIBVS SPECIFICE AGITVR, AC PRIMO DE SPORTVLIS.

Quidquid autem ſit de fundis, nemo tamen quisquam inficias ibit, primitiuae Eccleſiae beneficiorum redditus, opesque ferme omnes potiſſimum in Sportulis et diſtributionibus fuiſſe, quae variis ſub nominibus produntur; qualia ſunt *ſportulae*, *benedictiones*, *decimae*, *primitiae*, *collectae*, *menſurnae*, *praebendae*, *portiones* etc. atque vt primo *de Sportulis* ducamus

minime tutum eſt, et curamus alioqui rationibus et exemplis auaritiam omnino imminuendam eſſe. Nam ſi aliquid ex his aerarium habebit, non obtinebit uti poſſideat: atque contra iſta dicere non audens quae injura tenuit intervallo, jure concedet Eccleſiis. Ita quod ad Eccleſiam pertinere conſtiterit, hortorum, domiciliorum, fundorum, et aliarum facultatum integra Republica et legibus, ea edicimus condicenda. Veruntamen ipſa loca decora Martyrum corporibus, et praeſtabilis ab hac vita ſeceſſionis monumenta ecquis Eccleſiarum eſſe ambigat? Ecquis authoritate ſua ſecus jubeat... quam... quae iniqua ratione ademerunt ſceleſtiſſimi homines, exhibita denuo Eccleſiae conſeruari? „

mus auſpicium: Sportulae apud *Beſoldum* *a*) „dictae ſunt ab antiqua obſeruatione *Romanae* vetuſtatis. Solebant enim *Romani* potentiores olim Clientibus ſuis, cum ad limina ſua eos ſalutandi gratia (aufzuwarten) accederent, coenam vel prandium in panariolis vel ſportellis porrigere, vice coenae rectae, hoc eſt, Conuiuii legitimi. Et tales ſportulae ſeu ſportellae dicuntur a ſporta, i. e, Vaſe, quod ſit de minoribus Virgis, in quo ponebantur illa munuſcula, et diſtributiones. Dein latius porrecta eſt ſportularum appellatio, vt etiam ſalaria, congiaria, diaria, honoraria denotaret. Tandem eae dici coeperunt ſportulae, quae executoribus litium dantur, Graecis δικαρικα dicuntur. „ Ita *Beſoldus*. Igitur hujusmodi loquendi vſus etiam apud Eccleſiaſticos cum indeptus eſt.

§. XIII.
DE BENEDICTIONIBVS.

De Benedictionibus agunt Conſtitutiones Apoſtolicae *b*) ſequentem in modum: „ Quae

a) *Beſoldus* Theſ. pract. verb. ſportul, ſportula, Einlag. De ſportulis judicialibus huc non referendis vid. Gonſalez ad Tit de vit. et honeſt. Cler. cap. 10. n. 8. *Sportulantium* S. Cyprianus ſupra (§ 9.) meminit.

b) Lib. 8. Conſtit. Apoſt. cap. 38. edit Venet. 1563. Conſtitutiones iſtae quamuis a genuitate partus Apoſtolici a S. Clemente collecti extundantur a

Digitized by Google

Quae in Myſticis ſacris ſuperſunt, de ſententia Episcopi vel Presbyterorum Diaconi Clero diſtribuant, Epiſcopo partes quatuor, Presbytero partes tres, Diacono partes duas; coeteris vero Hypo- diaconis ſcilicet, Lectoribus, Cantoribus, Diaconiſſis partem vnam. Hoc enim honeſtum, et acceptum eſt coram Deo, quemlibet pro ſua dignitate honorari. Eccleſia enim non Confuſionis, ſed ordinis et diſpoſitionis eſt Magiſtra,, Nomine vero Benedictionum veniunt oblationes illae, quas ſacro deportabant altari fideles antiqui, velut ſuae in Deum Religionis hoſtias, velut grati et memoris animi in Presbyteros et Clerum monumenta, velut compatientis in pauperes pignora charitatis. Ex his diſtributio fiebat *Eulogiarum* ſecundum *Honorati a S. Maria* doctrinam. *a*) En ejusdem verba,, Vetuſtiſſimus enim vero mos erat, in Eccleſia offerendi ad altare panem et vinum. *Tertulliani* aetate ſponte fiebant oblationes iſtae, in cujus apologia *b*) legimus: *modicam vnusquisque ſtipem menſtrua die vel cum velit, et ſi modo velit, apponit; nam nemo compellitur, ſed ſponte confert.* Temporibus inſequentibus decretum inuenimus,

Criticis, in id tamen adſentiuntur fere omnes, eaſdem ad finem ſaeculi quarti procuſas antiquam praeſerre Eccleſiaſticae diſciplinae oeconomiam, reſectis quibusdam inconuenientibus, aut aliis in meliorem partem explicatis.

a) Tom. 1. Animadverſ. Critic. Lib. 4. diſſ. 4. art. 6.
b) cap. 39. ap. eund.

mus, vt cum homines, tum mulieres ſingulis dominicis diebus panem et vinum adferrent. .... Narrat *Cyprianus a*) aetate ſua diaconum enuntiare ſolitum elata voce omnes, qui rem aliquam obtulerant ad altare; qui tamen non probatur Hieronymo, atque ad Innocentio I. epiſt. 1. cap. 2. irritatus eſt. „ Meminiſſe autem heic oportet: bifariam olim extitiſſe oblationes. Prima fiebat ante Miſſae initium, ſeu ante Euangelii cantum: Altera tempore obfertorii. In prima obferebant fideles panem, et vinum, ceram aliaque multa ad cultum Miniſtrorum Altaris neceſſaria, et Viduarum, pauperumque alimentum. Quod adtinet vero ad panem et vinum oblata: dum obfertorium peragebatur, vtraque vſum habebant in conſecratione „ *Hincmarus* Archi Episcopus *Rhemenſis b*) duplex hoc aperte (ſunt denuo *Honorati* laudati verba) diſtinquit oblationum genus, earumque vſum. Harum argumentum non poenitendum ſufficit nobis Miſſa *Aethiopum*, quae profecto antiquiſſima eſt. Sacerdos ante offertorium orat pro iis, qui rem vllam obtulerant *c*) Dum vero illud canebatur, chriſtiani oblationes deferebant.

a) lib. 3. ep. 14. ap. eund.

b) cap. 1. art. 6. ap. eund.

c) Rogamus omnipotentem Deum pro his, qui obtulerunt munera... ſacrificium ſcilicet primarum decimarum gratiarum actionis ſignum: ſeu autem quis multum obtulerit, ſeu parum, ſeu ſecreto, ſeu palam, ſeu volens, ſeu non habens,

Digitized by Google

a) et Diaconus contenta voce clamabat; *orate pro his, qui obtulerunt munera.* Ex quibus comperimus, liturgiam hanc mentionem facere duarum oblationum, quarum certa illa, quae ante offertorium fiebat, non videtur habuiſſe vllum in ſacrificio vſum. „ Capitularium Caroli M. tempore; quamuis nunc non ſit de hoc argumento diſſerendi propoſitum, de ea diſciplina aliquid manſit reliquum, quum diſcrimen ibi reperire ſit oblationum, quas adhibebant ſacerdotes ad Sancta Myſteria ab aliis, quae ad altare adferebantur, vt ſcite animaduertit cit. Author. *b*) Videtur

omnium amplectatur voluntates Dominus Deus noſter. Biblioth. PP. tom. 27. edit. Lugd. ap. eund.

a) Dum cantatur offertorium, populus dat oblationes ſuas. Loc. cit.

b) Loc. cit. ex capit. lib. 6. c. 305. Intelligit tamen ibidem Carolus omnia quocunque modo Dei Miniſtris oblata: „ omnia, quae Domino offeruntur, procul dubio Domino conſecrantur, et non ſolum ſacrificia, quae a Sacerdotibus ſuper altare Domino conſecrantur, oblationes fidelium dicuntur, ſed quaecunque ei a fidelibus offeruntur, ſiue in mancipiis, ſiue in agris, vineis, ſiluis, pratis, aquis.... *ad jus pertinent Sacerdotum.* etc. „ Plura omitto. Vide capitulare integrum lib. 6. cit. Ante haec Caroli capitularia Ordo Romanus poſt tempora S. Gregorii M. conſcriptus hac de re ordinabat: *Tranſit Sacerdos ad ſuſcipiendas oblationes; interim Cantores cantant offertorium cum verſibus, et populus dat oblationes, i. e, panem et vinum cum Fanonibus candidis, primo maſculi, dein foeminae.* *Fanones* heic accipiuntur pro *panno ob-*

Digitized by Google

S. Cyprianus de Conſuetudine iſta locutus, quum redarguit mulierem locupletem, *a*) quae ſibi perſuadebat, diem dominicum celebrare ſine oblationibus, et detracta tantum parte ejus, quod Pauperes obtulerant. „ *Locuples, et diues es, quae in Dominicum ſine Sacrificio venis, quae partem de Sacrificio, quod Pauper obtulit, ſumis.* „ quo loco ſubdit *Menardus*: *b*) mentio fit duarum oblationum; alterius quidem, qua conſecraretur; alterius, qua Pauperes alerentur. *S. Cyprianus* non tantum Matronam hanc de eo carpit, quod nihil alendis Pauperibus praeberet; ſed etiam quod oblationes decerperet a Pauperibus factas.

§. XIV.

DE PRIMITIIS ET DECIMIS.

Vt primitiae et decimae omnibus a Fidelibus Eccleſiae exſoluerentur, diſtrictim prae-

longo ad obferendas, recipiendasque oblationes. Plura lege ſis ap. *Ruprecht* in Not. Hiſtor. ad Tit. de *Decimis*, addentem: oblationum panis et vini a Fidelibus in Eccleſia Latina frequentatarum vsque ad ſacculum XII. habemus veſtigia, poſt quod in deſuetudinem videntur abiuiſſe, ſubſtituta, quae nunc in vſu eſt, pecuniaria oblatione. Conf. *Benedictum* XIV. de ſynod. Dioeceſ lib. 5. cap. 8. a num. 1. Concilium *Matiſconenſe*, et alia nonnulla, duplex oblationis genus diſtinquunt, quas faciunt Chriſtiani ſacris adſtantes.

a) Lib. de oper. et eleem.

b) In notis ad lib. Sacram. S. *Gregorii* p. 372. ap. *Honoratum* cit.

Digitized by Google

praecipiunt *Apoſtolorum* ſic dicti *Canones. a)* atque Apoſtolicae Conſtitutiones: *b)* in quibus perhibetur ex iis, quae ad altare Eccleſiae conuehuntur, Clericis fieri donationes, exhiberi primitias, decimas, et quascunque alias Templi *Hieroſolymitani* largitiones.

a) V. can. 2. 3. 4. quibus vtputa paſſim cuilibet obuiis adducendis ſuperſedeo.

b) Lib. 2. cap. 29. „ Quae ex decimis et primitiis ſecundum mandatum Dei dantur, vt Dei homo conſumat, voluntaria, quae occaſione pauperum offeruntur, recte diſpenſet Orphanis (Epiſcopus, de quo agit) viduis, afflictis et peregrinis egentibus „ Etc. Lib. 7. cap. 30. „ Primitias fructuum Torcularis et areae, boum quoque et ouium dabis Sacerdotibus, vt benedicantur horrea, et cellae tuae, et fructus terrae tuae, ſtabiliarisque frumento, vino et oleo, et augeantur armenta boum tuorum, et greges ouium tuarum; omnem decimam dabis Orphano, ac viduae, pauperi et advenae, primitias panum calidorum. cadum vini, olei atque mellis, nucum quoque, uuae et aliarum rerum primitias dabis Sacerdotibus, argenti, veſtis et omnis poſſeſſionis Orphano et viduae „ Lib. 8. cap 36 Etiam praecipio (*Mathaeus.*) omnes primitias afferri Epiſcopo et Presbyteris et Diaconis ad victum ipſorum Decimas offerri ad victum reliquorum Clericorum, Virginum, viduarum, et iis, qui ſunt paupertate oppreſſi Primitiae enim ſunt Sacerdotum, et miniſtrantium ipſis Diaconorum „ De obligatione reddendarum harum decimarum vid. *Baron.* Annal. Eccleſ. tom. 1. ad an. 57. a num. 76. ſeqq.

§. XV.
DE COLLECTIS.

Alia pro Clericorum, pauperumque alimoniis prouidentia erat *Collectarum* inſtitutio. Nempe colligebantur in chriſtianorum Conuentibus ſpontaneae penſiones pecuniariae ad leuandos longinquarum pauperes Prouinciarum, maxime Palaeſtinos, quos inter ſemper extiterant Eccleſiae Miniſtri Pauperibus adcenſiti. *a*) Initia rei tam praeclarae dederunt Perſecutionum Procellae in *S. Stephani* morte exortae, continuataeque. Antiocheni fideles pro ſuo quisque modulo erogare piam largitionem Pauli et Barnabae manibus *Hieroſolymas* comportatam. *b*) Quam ad ſua uſque Tempora perduraſſe ibidem, adſerit Hieronymus *c*) ſed et noſtra adhuc aetate per plurimas

a) 1. Cor. 16. v. 1. *de Collectis autem, quae fiunt inter Sanctos, ſicut ordinaui in Eccleſiis Galatiae, ita et vos faciatis. Per vnam Sabathi vnusquisque veſtrum apud ſe ſeponat, recondens, quod ei placuerit.*

b) Actor. 11. v. 29. *Diſcipuli autem, prout quis habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Judaea Fratribus, quod et fecerunt per manus Barnabae et Sauli.*

c) „ Hac in Judaea uſque hodie perſeuerante conſuetudine non ſolum apud nos, ſed et apud Hebraeos, vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, et partem non habent in terra, niſi ſolum Deum, Synagogarum et totius orbis foueantur Miniſtris. *Hieron.* adverſ. *Vigilantium* tom. 3. oper. pag. m. 57.

Digitized by Google

rimas colligi regiones eleemoſynas pro Miniſtris Eccleſiae in Terra illa benedicta Religionis cultum inter medios *Mahometis* adſeclas non ſine vero propriae vitae diſpendio (vt elapſo mox anno euentus comprobauit) conſeruantibus, *Graecorum*, *Cophtorum*, *Jacobitarum*, *Armenorumque* ad *Romanae* Eccleſiae gremium reductione, non facile quis fuerit, Miſſionum gnarus, qui inficias ire praeſumſerit. Iſtiusmodi collectae, quando vrgente noua quadam indicebantur neceſſitate, extraordinariae erant: ordinarias etenim ſola redhibebat charitas. Contra iſtas, vt quid criminari poſſet in Catholicis Epiſcopis *Tertullianus*, ad *Montani* Caſtra jam tum transfuga, detonat; *a*) vitium vertens Epiſcopis, dum veſtigia Apoſtolorum prementes ſubitaneis neceſſitatibus Eccleſiarum obcurrerent. Hae vero collectiones ordinariae, vel menſe quolibet, vel etiam die dominico (§. 13.) in Gazophylazium Eccleſiae publicum inferebantur, id quod a *Tertulliano Arca*, a *Cypriano Corbona*, a Concilio *Eliberitano Concha*, ab Euangeliſtis vero *loculi* compellabatur.

§. XVI.
DE MENSVRNIS.

Menſurnae quidem adfines ſunt *ſportulis*: (§. 12.) aſt tamen id obuerſatur diſcriminis, quod

a) „ Epiſcopi uniuerſae Plebi mandare jejunia aſſolent, non dico, de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtrae capturae eſt. „ *Tertull.*

Digitized by Google

quod *ſportulae*, quae obtingebant Clericis, conſtiterint in eſculentis, eisque ſimilibus, atque ob eorundem Naturam, cum facile corruptioni ſint obnoxia: in ſingulas fiebant hebdomades: *Menſurnae* vero in pecunia potiſſimum conſiſtebant, quae de menſe in menſem exſoluebantur. *a)*

§. XVII.

DE PORTIONIBVS.

Portiones. Non procul a vero aberrare nos, arbitramur, ſi *portiones* illud fuiſſe dicamus, quod cuilibet Clerico ſeu ſacris obeun-

a) Huc faciunt, quae narrat *Euſebius* de S. *Zephyrino* PP. Lib. 5 H. E. c. 28. „ De quo *Zephyrino* eadem ſcriptura, qua in Superioribus uſi ſumus, talia quaedam refert. . . . Confeſſor quidam erat apud nos, *Natalis* nomine, noſtra adhuc confeſſus memoria. Hic deceptus aliqando ab *Aſclepiodoto* quodam et *Theodoro* Collectariis (qui ambo diſcipuli erant *Theodoti* Coriarii illius, qui primus pro hac ſtulta aſſertione ab Eccleſiae ſocietate depulſus eſt a *Victore* tunc Vrbis R. Epiſcopo) adquieuit, vt accepto ab eis *Salario* Epicopus illius haereſis nominaretur; id eſt, centum quinquaginta denariis menſtruae praeſtationis „ En Menſurnas! Conf. etiam Baron. ad an. 253 n. 92. ſeqq. *Benedict.* XIV. de ſynod. Dioeceſ. l. 4. c. 4. n. 1. De diuiſione hac *menſurna* conſulatur *Bingham* volum. 2. l. 5. c. 4 §. 3. vbi plura hanc in rem obcurrent: inde apud Vete-

Digitized by Google

eundis deputato Miniſtro, ac poſt illos Pauperibus, viduis etc. ex primaeuo Eccleſiarum vſu obueniebat, facta ab Epiſcopis quarumcunque oblationum partitione, prout aequitas, officium, merita cujuslibet expoſtulabant. Ea etenim ab Eccleſiarum origine rerum omnium Eccleſiaſticarum natura erat, lex, et conditio vniuerſim, vt beneficiario ipſo commode, ac pro ſtatu ſuſtentato, reliqui redditus omnes in alendos pauperes, in redimendos captiuos, in opera pia expenderentur.

§. XVIII.

DE REDDITIBVS ET LARGITIONIBVS POST PACEM ECCLESIAE A CONSTANTINO REDDITAM.

Dum ſaeculo quarto ſub *Conſtantini* M. Imperio pax adfulſiſſet Eccleſiae, ingentia eam pacem ſecuta ſunt opum, virium, dignitatum incrementa. *a*) Primitias et decimas mire commendant, atque inculcant Patres *Hieronymus*, *Chryſoſtomus*, alii, item et Concilia. Reſtitui fecit Eccleſiae *Conſtantinus* (§. 11.) quos ante perſecutionem poſſidebat, fundos: Martyrum haereditates ei ad-

res leguntur: *Pittacia*, *Sportulae*, ἀδελφατα, σιτηρεσια, Χαρισται. ap. D. Schmit. Inſt. Eccl. part. 3. §. 7.

a) De his omnibus videatur copioſiſſimus *Thomaſſinus* part. 3. lib. 1. per varia capita.

judicauit; innumeris auxit diuitiis, dotationibus: omnibus copiam fecit teſtandi in fauorem Eccleſiae, cujus veſtigia pietate ac Religionem ſummam redolentia inſecuti ſunt Principes, Proceres, ceteri.

CAPVT II.

Quis illa aetate ab exordio videlicet Eccleſiae vſque ad primam bonorum diuiſionem conſtituendi Miniſtros Eccleſiae habuerit poteſtatem? Num ea penes ſolos remanſerit Epiſcopos? Atque vtrum jacta ſint quaedam beneficiorum poſtea inſtituendorum ſemina? Denique quinam et quales fuerint tunc Miniſtri Eccleſiae, aut Clerici ſuo modo beneficiarii?

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 19. *Beneficium olim ab ordine indiſtinctum.*
20. *Poteſtas conferendi penes Epiſcopos.*
21. *Eccleſiae Canones in hanc rem.*
22. *Horum canonum aliqua mitigatio.*
23. *Epiſcopi tamen ſolius non erat illa poteſtas.*
24. *Vlterior probatio.*
25. *Continuatio argumenti.*
26. *De jactis beneficiorum inſtituendorum ſeminibus.*
27. *Proſecutio ejusdem.*
28 *Alia beneficiorum veſtigia ex Chryſoſtomo.*
29. *Item ex aliis.*
30. *Quinam et quales fuerint tunc Miniſtri Eccleſiae, aut Clerici ſuo modo beneficiarii?*

§. XIX.

§. XIX.
BENEFICIVM OLIM AB ORDINE INDISTINCTVM.

Capite antecedente actum eſt de Eccleſiae redditibus, quibus illa a feliciſſimo ſui auſpicio ſacros ſubleuabat Miniſtros, nutriebatque. Nunc ordo nos tangit, a quo illi Miniſtri fuerint conſtituti, et quinam illi? Secundum vetuſtiſſimae Eccleſiarum diſciplinae legem inconcuſſam nec ab ordine beneficium, nec viciſſim ordo a beneficio disjungebatur. Adtondebatur et ordinabatur prorſus nemo, cui non ſtatim ſacrae quaedam functiones adſignarentur, indiceretur que Eccleſia, vbi et munus obiret aliquod ſpirituale, ex quo et temporale demeteret ſtipendium. Beneficia aliud non fuerant, quam ordines, et ordinibus indiuulſe cohaerentia officia, ac jura quaedam. AEquiſſima heic eſt *Barthelii a)* animaduerſio „ inde ratio peti debet, quod illa Eccleſiae aetate Miniſterii collatio ab ordinatione fuerit indiſtincta, et quod nulli plane ejusdem extent Canones, qui contra ſimoniacas ordinationes detonuerant. „

§. XX.
POTESTAS CONFERENDI PENES EPISCOPOS.

Igitur cum beneficiorum officia non alia eſſent, quam quae in celebratione et admini-

a) Diſſ. ſpecial. de Conc. Germ. c. 2. n. 1.

niſtratione ſacramentorum verſabantur: heinc planum fit, tam penes Epiſcopos fuiſſe ſummam beneficiorum omnium, quam ordinum et ſacramentorum adminiſtrationem. Etenim cum Apoſtoli vniuerſas fundarint Eccleſias per ſe ſe, vel auſpiciis ſuis, vel per ſucceſſores ſuos et hanc longe ſplendidiſſimam haereditatem ac ſucceſſionem ad Epiſcopos transmiſerint; manifeſtum inde colligitur, Epiſcoporum proprium illud et haereditarium jus eſſe, vt Eccleſias ipſi omnes regant, et a quibus regantur, praeficiant. Quum vero beneficia Tonſurae et ordini indiuulſe cohaereant, vt vtriuſque vnus proprie adminiſter eſt Epiſcopus, ita et Ordinarius idem eſt beneficiorum Diſpenſator. Denique quum Epiſcopus ſit ſacerdos in ſua dioeceſi, Ejus eſt, dignitates et officia, beneficia omnia ſacerdotalis Imperii ſui diſpenſare, et ex proprio veluti fonte effundere hos omnes Sacerdotii riuulos. Sunt enim vere beneficia omnia odore quodam ſacerdotalis dignitatis et ſanctimoniae perfuſa.

§. XXI.

ECCLESIAE CANONES IN HANC REM.

Atque ea ex ordinatione, Clerici ſuo, a quo ordinabantur Epiſcopo, fuerant obſtricti magis, quam titulo aut originis aut domicilii. Priſcis ſiquidem Eccleſiae Canonibus cautum fuerat, vt ne ordinarent aut ſuſciperent eos Epiſcopi, quos alius Epiſcopus coeperit

perit jam collato Clericatu ordinare, ſibiqu
vendicare. Videantur Canones Apoſtolorum
a) quidquid enim ſit de eorum Natalitiis, v
vetuſtiſſimi tamen habentur ab omnibus: iten
Concilium *Sardicenſe* b) Imo et ne Laicos qu
den..

a) Can. 14. „ Siquis Presbyter aut Diaconus aut quicunque tandem de Clericorum Conſortio relicta Parochia ſua in aliam conceſſerit, et omnino transmigratione facta praeter voluntatem ſui Epiſcopi in alia Parochia moram traxerit, hunc jubemus, ne porro in miniſterio publico ſit Eccleſiae, maxime ſi accerſente ipſum Epiſcopo ejus redire contemnat, peruerſo illic ordine perſeuerans: vt Laicus tamen ibi locorum in communione admittitor. Can. 15. „ Quodſi Epiſcopus ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vacationis a miniſterio eccleſiaſtico poena, quae contra eos definita eſt, ipſos vt Clericos ſuſceperit; a communione excluditor, vt peruerſi ordinis Magiſter. „

b) De an. 347. can. 18. „ Januarius dixit. Illud quoque ſtatuat ſanctitas veſtra, vt nulli Epiſcopo liceat, alterius Epiſcopi ciuitatis Miniſtrum Eccleſiaſticum ſollicitare, et in ſuis Parochiis ordinare. Uniuerſi dixerunt: placet, quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia, et ideo prohibet omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat „ Can. 19 „ Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc uniuerſi conſtituimus, vt quicunque ex alia Parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi illius et ſine voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio illius. Quicunque autem hoc vſurpauerint a Fratribus et Co-Epiſcopis noſtris, et admoneri debet, et corrigi, „ v Tom. 1. CC. G, p. 193.

dem ordinare conceſſum erat, qui origine ipſa ſua aliorum Paſtorum Gregi et Imperio adſcripti fuerant ex Concilii *Carthag.* 1mi Statuto *Julii* PP. aetate. *a)*

§. XXII.
HORVM CANONVM ALIQVA MITIGATIO.

Hic vero, quantum ad Laicos, rigor alibi ignorabatur. Multa etenim litteris prodita ſunt exempla eorum, qui Epiſcopo addicti ſuo non fuere, niſi ordinatione, cum longinguis ex regionibus in eam Eccleſiam conceſſiſſent, velut ſcimus de *Paulino*, *Auguſtino*, *Piniano*, *Martino*, cet. Quae diſciplina ex eo manabat, quod tardius tum plerique, et longe a patria baptizarentur. Subin etiam vi quadam ad ſuſcipiendos alibi, quam vbi originem habebant, ordines adacti ſunt. Quoad Clericos pariter ſubin alia inualuit conſuetudo,

a) De an. 348. ap. *Cabaſſ.* Not. Eccleſ. p. m. 159. can. 5. „ Priuatus Epiſcopus Vegeſilitanus dixit: ſuggero ſanctitati veſtrae, vt ſtatuatis, non licere, Clericum alienum ab aliquo ſuſcipi ſine litteris Epiſcopi ſui, neque apud ſe retinere, nec laicum vſurpare de plebe aliena, vt eum ordinet ſine conſenſu Epiſcopi ſui, de cujus plebe eſt. Gratus Epiſcopus dixit: Haec obſeruantia pacem cuſtodiuit: Nam memini in *Sardicenſi* Concilio ſanctiſſimo ſtatutum, vt nemo alterius plebis hominem vſurpet. ſed, ſi forte erit neceſſarius, petat a Collega, et per conſenſum habeat. „

Digitized by Google

tudo, velut in *Cypro*. Saeuientibus ſiquidem perſecutionum procellis plures perſaepe Eccleſiae Paſtoribus viduatae moerebant, aut potius dirutae fuerant: Atque tum vicini Epiſcopi, vel longinqui etiam, quos huc illucque fugitantes ejecerat procella, non poterant non obſequi charitati, quae tam Catholica eſt, quam fides ipſa, vt Presbyteros, Diaconos, atque adeo et Epiſcopos nonnunquam orbatis Eccleſiis ordinarent. At Presbyteri, Diaconique et alii Clerici, ita ordinati, non vtique Epiſcopo ordinatori ſuo adligabantur, ſed Eccleſiae, ad quam fuerant ordinati. De S. *Athanaſio a)* compertum eſt, quod in fuga ſua Arianos, quorum inſaniam fugiebat, viciſſim ipſe fugauerit ab Eccleſiis, quibus incubabant, Catholicosque Paſtores ſubfecerit. Hac etiam accuſatione gloriam ejus cumularunt *Ariani*, qui eum poſtea inſimularunt, quod Eccleſias curae ſuae et poteſtati non ſubditas Paſtoribus donaſſet: *Paulique* Zelum potius aemulatus eſt, qui orbem terrarum vniuerſum imperio Chriſti ſubjicere conabatur.

§. XXIII.

EPISCOPI TAMEN SOLIVS NON ERAT ILLA POTESTAS.

Ea tamen in ordinatione, ac hominum ad ſortem Domini adſumtione ſolius non erant

a) *Sozom*. H. E. L. 3. c. 2.

erant Epiſcopi partes. Reliquus quoque Clerus conſuli volebat, ac plebis exquirebatur teſtimonium. Concilia *Carthaginenſia* III. et IV. eam rem perſpectam reddunt *a*) ſumma quidem ſemper penes Epiſcopos manebat authoritas; pro ſua tamen moderatione et ſapientia vtebatur quisque et Cleri conſilio, et plebis teſtimonio ad dignoscendos eorum mores, quos ordinaturus erat. Huc vero trahere conſulto omittimus, quae in Epiſcoporum obtingere electionibus tunc conſueuere. De inferioribus heic Clericis nobis eſt tractatio. Populi autem fuerat, rimari et nudare mores, vitam, geſta, virtutes et vitia priuatorum, qui oculos, auresque et conſcientiam fallere poſſunt paucorum, non omnium, non populi: Epiſcopi vero nunquam non erat, his ſuffragiis calculisque ſubductis decernere, et digniores quosque ſeligere; idque tum vel maxime, quum a damnabili perſonarum acceptione deuiandum erat, aut quum hujuscemodi ſummi momenti res atque delectus judicio populi plerumque verſatili aut tumultuario com-

a) *Carthaginenſe* III. de an. 397. can. 22. „ Nullus ordinetur Clericus, niſi probatus fuerit vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio „ Ref. can. nullus 2. Diſt. 24. *Carthaginenſe* IV. de an. 398 can. 22. „ Epiſcopus ſine Conſilio Clericorum ſuorum Clericos non ordinet, ita vt Ciuium conniuentiam et teſtimonium quaerat. „ Ref. can. Epiſcopus. 6. diſt. 24. cit.

Digitized by Google

committi haut poterat, cauente id Concilio *Laodicenſi.* a)

§. XXIV.
VLTERIOR PROBATIO.

Medium ergo et tutiſſimum viſum eſt illud temperamentum, vt ne Epiſcopus aut Ordines conferret, aut beneficia, niſi re tota cum Clero ſuo conſultata. Jam ante laudata Concilia *Carthaginenſia* id *Alexandriae* obtinuit ex epiſtola Concilii *Niceni* ad Eccleſias *Ægypti*, *Lybiae* et *Pentapolis*, vbi Concilium quidem reſtituit ordini ſuo Presbyteros, qui a *Meletio* ordinati fuerant, necdum ſedato ſchiſmate, ſed ea lege, vt concedant Presbyteris omnibus ab *Alexandro*, *Alexandrino* Epiſcopo, ordinatis, nec eodem vtantur cum illis jure nominandi, vel praeſentandi eos, qui ordinandi ſunt. *b)*

§.

a) De an. 319. can. 13. „ Non eſt permittendum turbis, electionem eorum facere, qui ſunt ad Sacerdotium promouendi. „ Ref. can. Non eſt. 6. diſt. 63.

b) Ap. noſtrum *Crabbe* tom. 1. collect. Concil. f. m. 158. „ Eos autem, qui ab ipſo (*Meletio*) ſunt conſtituti, myſtica ordinatione firmatos habere honorem et miniſterium, vt tamen ſequentes ſint modis omnibus vniuerſorum in ſingulis parochiis et Eccleſiis a cariſſimo, et Comminiſtro noſtro Alexandro conſecratorum, et vt his nulla poteſtas ſit, placitos ſibi eligere, aut nomina eorum praeferre, aut omnino aliquid agere, praeter voluntatem Eccleſiae Catholicae Praeſulis Ale-

Digitized by Google

§. XXV.

CONTINVATIO ARGVMENTI.

Hieronymus, qui circa an. 420. exiles depoſuit carnis exuuias, inrefragabilis pro ſaeculo quarto et quinto teſtis valeat, *a*) Item et *Auguſtinus Hieronymo* paululum junior, qui quum Parochum exautoraſſet variorum ſcelerum

xandri. Gratia namque Dei et orationibus veſtris in nullo ſchiſmate repertos, ſed ſine macula in Catholica et Apoſtolica Eccleſia permanentes, dignum eſt, poteſtatem habere et eligendi quemlibet, et nomina eorum dandi, qui Clero ſunt digni, et abſolute facere omnia ſecundum legem et ſanctiones Eccleſiae. Siquem vero contigerit, requieſcere in Eccleſia, tunc prouehi in honorem eos, qui nuper aſſumti ſunt, ſolummodo ſi videantur digni, et populus eos elegerit, condecernente ſimul et deſignante maxime Alexandriae Ciuitatis Epiſcopo. Hoc itaque aliis quidem conceſſum eſt omnibus. In Perſona vero Meletii nequaquam eadem placuerunt propter priorem indiſciplinationem ejus, ac petulantiae voluntatem, ne vlla daretur authoritas vel poteſtas homini, qui poſſet rurſus easdem indiſciplinationes inſtruere „ Cet.

a) Vbi morem Eccleſiae R. recenſet *Hieronymus* ep. ad *Euagrium* de grad. Presbyt. et Diacon. Tom. 3. oper. fol. m 150. lit A. „ Dicis, quomodo *Romae* ad teſtimonium Diaconi Presbyter ordinatur? Quid mihi profers vnius vrbis conſuetudinem? „ cet. de Poteſtate vero Epiſcoporum in pluribus differit locis. In ep. ad *Tit.* cap. 1. ſup. verba: Et *conſtituas per ciuitates*, quibus facile probat, ab Apoſtolo *Paulo* in Perſona *Titi* de-

Digitized by Google

rum conuictum, vt ne ab aliis reſtitueretur Epiſcopis in grauia proteſtatus eſt verba. *a*) Alibi in ordinandis Clericis ad conſenſum eſſe reſpiciendum ceterorum Clericorum, atque iſtiusmodi patientiam et charitatis regu-

mandatam eſſe Epiſcopo poteſtatem, conſtituendi tum Presbyteros alios quoscunque beneficiarios, quorum omnium una eademque ratio eſt.,, audiant Epiſcopi, qui habent conſtituendi Presbyteros per vrbes ſingulas poteſtatem, ſub quali lege Eccleſiaſticae inſtitutionis ordo teneatur. Manifeſtum eſt eos, qui Eccleſiaſtica lege contemta Eccleſiaſticum gradum non merito voluerint alicui deferre, ſed gratia: contra Chriſtum facere ,, Item. At nunc cernimus, plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quaerant eos in Eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcant Eccleſiae prodeſſe: ſed quos vel ipſi amant vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus Majorum quispiam rogauerit, vel vt deteriora taceam, qui vt Clerici fierent, muneribus impetrarunt ,, Tom. 9. fol. m. 120. lit. F. epiſt. ad *Nepotian.* Tom. 1. oper. fol. 8. lit. B. ,, Gaudeat Epiſcopus judicio ſuo, cum tales elegerit Sacerdotes ,, Ep. ad Diac. *Sabinianum* ,, Tom. 1. fol. m. 104. lit. D. ,, Recordare, a quo Epiſcopo Diaconus ordinatus ſis: Nec mirum, quamuis ſanctum, hominem tamen in homine deligendo potuiſſe falli, cum et Deum poeniteat, quod Saul in Regem vnxerit; et in duodecim Apoſtolis Judas ſit proditor repertus. ,,

a) *Auguſtinus* ep 226. ap. *Thomaſſ.* part. 2. l. 1. c. 33. n. 16. ,, Committat illi, qui vult Eccleſiam ſuae curae commiſſam, ego talibus, fateor, quamlibet committere timeo.

lam nihil detrahere cujusquam Epiſcopi imperio, quin et praeſidii adjicere plurimum et ornamenti, adſeuerat; atque etiam eundem ita factitaſſe, perhibet *Poſſidius. a*) Multi porro hanc in rem produci paſſus valerent, in quibus neceſſario obſeruanda ingeritur lex, ordinationes vt omnes publice fiant, vt populus adſit, vt Epiſcopus omnes interroget, an ſceleris aliquid objici poſſit iis, qui ſunt ordinandi: vbique autem ſatis dilucide et Epiſcopi ſupra Clerum praerogatiua emicat honoris et poteſtatis; nec non et Cleri ſupra populum, cui reſiduum id vnum eſt in electionibus ad ſortem Domini, vt pro jure, adeoque et pro officio ſuo ordinandos teſtimonio ſuo vel juuet, vel deprimat. Cujusmodi ſunt *Baſilii Caeſareenſis* epiſtola ad Chorepiſcopos: Epiſtola I. *Siricii* PP. Canon. 6. *Theophili Alexandrini*: Injuria *Chryſoſtomo* impacta, quod ne conuento quidem Clero ordinationes feciſſet, quae criminatio vna cum aliis eidem impactis a Veriſimili abhorret. *b*) Veriſimilimum eſt igitur, in occidente quoque penes Presbyteros et Diaconos fuiſſe facultatem examinandi et praeſentandi, nominandique Epiſcopo eos, qui altarium miniſterio et beneficiis probati fuiſſent digni. Quin et probabile ad-

a) Cap. 21. „ In ordinandis Sacerdotibus et Clericis conſenſum majorem, Chriſtianorum et conſuetudinem Eccleſiae ſequendam eſſe arbitrabatur„

b) Thomaſ. mox cit. n. 10. 11. 13.

Digitized by Google

admodum eſt, peruagatum illum etiam nunc vſum, quo Archidiaconi, vel qui ejus ſaltim vicibus funguntur, Epiſcopo ordinandos praeſentant, et de eorum merito, quantum humana ſinit fragilitas, fidejubent quodammodo, inde promanaſſe. Ita aduertit *Thomaſſinus.* Inficias quoque nemo ſanus iuerit, quin Conſuetudo, de qua ſupra *Hieronymus* laudatus, ex vrbe *Roma* orbem in omnem manarit: merito tamen hoc inde conſectarium deducimus, hanc omnem poteſtatem ab Epiſcopis in Clerum inferiorem manaſſe, et inde eundem illius fuiſſe redditum participem. Forſitan autem exiſtimaueris, nos diuerticulo non admodum probando ad reliquum Clerum excurrere. Aſt non absque conſilio id factum putes, ſiquidem, quum jam tunc aliquid juris in inferiori poſt Epiſcopum Clero, praecipue qui ſenatum repraeſentat Ejusdem, deprehenderetur ad ſeligendos functionum Eccleſiaſticarum miniſtros, quae ſacri ſenatus dignitas in Capitulis tum Cathedralibus, tum reſpectiue (ad propriam ſaltim Eccleſiam) Collegiatis ſeruata eſt ad noſtra usque tempora, profecto illa Eccleſiae oeconomia primas quasdam TVRNI lineas, quantumuis non penitus diſtinctas efformauit, atque ſemina jecit: atque ideo a ſcopo noſtro minus aberrare cenſuimus, dum paululum plura hanc in rem diſſerendi, periculum faciebamus.

§. XXVI.
DE JACTIS BENEFICIORVM INSTITVENDORVM SEMINIBVS.

Praeter variorum Clericorum claſſes infra (§. 30.) recenſendas de Beneficiariis nihil Hiſtoria primorum ſaeculorum adtulit. Omnes in ea, in qua Epiſcopus, degebant ciuitate reliqui, communibus Eccleſiae bonis ſuſtentati: praeter illum alius nullus agnoſcebatur Paſtor. Scripſit omnes epiſtolas ſuas *Ignatius* ad maximarum vrbium Eccleſias. De Epiſcopis, Presbyteris, et Diaconis ita loquitur, vt hos a ſe ſeparet nunquam, nusquam diſpergat per agros. Nulla apud eum mentio, aut Presbyterorum in agris, aut Eccleſiae alterius in vrbe praeter Epiſcopalem. Idem obſeruatur in *Cypriani* litteris, in quibus cum multae ſint ad Presbyteros, diaconosque *Carthaginis*, nulla tamen eſt ad Presbyteros agrorum, vel quae eorum meminerint. Sunt et aliae multae ad Presbyteros alios, Diaconosque, ſed earum ſemper vrbium, quae Epiſcopum haberent. Quod autem ex iis vna ad Presbyteros, diaconos, populumque *Furnenſem* exarata legatur; ideo forſan factum eſt, quod obiiſſet Epiſcopus, aut tum abeſſet; nam vero non eſt ſimile, in Villula diaconos, Presbyterosque commoratos eſſe plures. *Juſtinus* adſerit *a*) die ſolis Gentilibus

a) *Juſtinus* circa an. 167. martyrii coronam indep-

libus ita dictus a ſole, a nobis vero a Chriſto Domino reſurgente dominicus adpellatus; fideles, qui in vrbe, et qui ruri degebant, vnum in locum omnes conueniſſe, vbi ſacrificio oblato reficiebantur omnes; quod ab Diaçonis ad abſentes deportabatur. Ex quo haut difficulter conjicimus, ſiue in vrbe, ſiue ruri Paſtores fuiſſe praeter Epiſcopum nullos, imo nec vllas ruri Eccleſias, ac ne vix in vrbibus praeter Cathedralem, ac ſi fuerunt in vrbibus, vna tantum celebrabatur miſſa, cui omnes intereſſent Presbyteri, Clerici. cet. *a*)

§. XXVII.

PROSECVTIO EJVSDEM.

De Eccleſiis tamen pluribus pridem Romae in vrbe conſtitutis, atque Presbyterorum

tus eſt. Ap. *Fleur*. H. E. L. 3. §. 41. in Apologo 1. ita proloquitur „ Die, quae appellatur Solis, omnes ſiue in ciuitate, ſiue ruri habitent, in vnum locum conueniunt; ibi ſcripta Apoſtolorum et Prophetarum leguntur, quamdiu ratio temporis admittit, ceſſante lectore, qui congregationi praeeſt, pro concione dicit, et ad ea, quae lecta ſunt, praeclariſſima documenta, opere complenda, populum hortatur. Tunc ſurgimus omnes et ad orationem vertimur, quam ſequitur ... panis, vini et aquae ſacrificium, et Praelatus preces et gratiarum actionem, prout poteſt, perficit, toto populo reſpondente: Amen. Tunc ſanctificata inter praeſentes diſtribuuntur, et abſentibus per MANVS DIACONORVM deportantur. „ cet.

a) Vid. *Thomaſſ*. part. 1. l. 2. cap. 21.

rum curae concreditis teſtatur *Anaſtaſius* Bibliothecarius Saeculi IX. ſcriptor. *a*) Subfragatur *Baronius* *b*) Concilii *Antiocheni* de anno 341. tempore In Oriente plures jam tunc et Ciuitatis et ruris Parochias fuiſſe, ex conſtitutis ibi Canonibus dignoſcitur. *c*) Poſtea Eccleſia *Alexandrina*, major natu *Romanae* filia,

a) In *Dionyſio* circa an. 261. *Romano* Pontifice. Ibi „ Hic Presbyteris Eccleſias diuiſit, et cemeteria et parochias et dioeceſes inſtituit „ Edit. *Mogunt.* de an. 1602.

b) Annal. Eccleſ. Tom. 2. ad an. 270. Ibi „ Libro de *Romanis* Pontificibus ſcriptum habetur (intellige de *Dionyſio.*) *Hic Presbyteris diuiſit Eccleſias, et coemeteria, parochiasque dioeceſis conſtituit.* Sed conſiderandum eſt, non a *Dionyſio* Papa primum, verum ab aliis anteceſſoribus *Romanis* Pontificibus ſuis limitibus diſtinctas fuiſſe parochias, Presbyterisque diuiſas. At quod in perſecutione *Valeriani* (vt dictum eſt) ab Eccleſiis eſſent auulſi Presbyteri, et in coemeteria chriſtiani omnes etiam conuenire vetiti: illo ſublato de medio et a *Gallieno* reſtituta Eccleſiae pace, et coemeteria adeundi ab eodem libera facultate conceſſa, illarum Eccleſiarum Presbyteris compluribus martyrio vita functis, easdem iterum diuidere, ac pro ratione diſtribuere, coemeteriaque ſingulis conſignare, *Dionyſii* opus fuit „

c) Can. 8. „ Presbyteri, qui ſunt in agris, canonicas epiſtolas dare non poſſunt: ad ſolos tantum vicinos Epiſcopos literas deſtinabunt. Chorepiſcopi autem, qui ſunt irreprehenſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt, generales epiſtolas „ Tom. 1. CC. Germ. p. 158. Et can. 10. „ Qui in vicis vel poſſeſſionibus Corepiſcopi nominantur, quam-

lia, *Romanam* ſecuta inſtituit varias ſibi parochias, et in ſingulis Presbyteros, quorum primus erat Parochus, teſte *Epiphanio.* *a*) Vici vrbis, aedes, Eccleſiae cuique proximiores,

uis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, et vt Epiſcopi conſecrati ſint, tamen ſanctae ſynodo placuit, vt modum proprium recognoſcant, vt gubernent ſubjectas ſibi Eccleſias, earumque moderamine, curaque contenti ſint, ordinent etiam lectores et ſubdiaconos, atque Exorciſtas, quibus promotiones iſtae ſufficiant. Nec Presbyterum vero, nec Diaconum audeant ordinare praeter ciuitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubjectus eſt. Siquis autem transgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus, quo vtebatur, honore priuetur. Corepiſcopum vero ciuitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubjectus eſt.,, l. cit. p. 158. Addamus verba *Schelſtratii* ap. *Eſpen* parte 2. in Canon. Antioch. pag. m. 28. ,, Tantae nimirum authoritatis ad annum 451.(nempe tunc celebrabatur Concilium General. IV. Calcedon.)erat in orbe catholico Antiochenum Concilium, vt ejus Canon. XVI. a 630. Epiſcopis cum S. A. legatis in Concilio vniuerſali meruerit probari, et eousque propugnari, vt ejus temeratores fuerint depoſiti, et paenas a Patribus Antiochenis hoc canone ſtatutas perpeſſi.,,

a) Haeres. *69.* ſtatim ab initio ,, Quot quot enim Eccleſiae in Alexandria catholicae Eccleſiae ſunt, ſub vno Archiepiſcopo ſunt, priuatimque ad has deſtinati ſunt Presbyteri propter eccleſiaſticas neceſſitates, ita vt habitatores vicini ſint vniuscujusque Eccleſiae, vicique ac biuia, quae *LABRA* vernacula lingua eorum, qui Alexandriam vrbem habitant, apellantur ,, Edit. Baſil. 1543. p. m. 351. Conferri poteſt Thomaſſ. p. 1. l. 2. cap. 22.

Digitized by Google

ideoque ſubjectae *Laurae* (λαυραι, λαβραι) dicebantur. Vnde nomen duxere ea monaſteria, quorum cellulae ejusmodi vicis ſeparabantur. Hujuscemodi Eccleſiae Rector, ſeu Parochus fuit *Arius*. Oſtendit praeterea *Athanaſius a)* in agro *Alexandrino*, pagisque ejus majoribus et Eccleſias fuiſſe ſuas, et Presbyteros. Poſt *Conſtantini* conuerſionem ſaeculo quarto in oriente, quantumuis non vbique rurales etiam Eccleſiae ſua ſumſere exordia. Quantum ad occidentem, *Innocentius* I. obſeruat, ſua ipſius aetate, hoc eſt, ineunte ſaeculo quinto, nullas adhuc ſibi fuiſſe in agris Eccleſias. Has enim, quas *Titulos* adpellat, intra Ciuitatem ait conſtitutas, in quibus velut in coemeteriis eſſent Presbyteri, cum hoc tamen diſcrimine, quod coemeteriorum Presbyteri conficiendorum ſacramentorum jus et licentiam haberent, non Presby-

a) Ap. Thomaſſ. cit. n. 3. „ Mareotes ager, Χῶρα, eſt Alexandriae, quo in loco Epiſcopus nunquam fuit; imo ne Chorepiſcopus quidem, ſed vniuerſae ejus loci Eccleſiae Epiſcopo Alexandriae ſubjacent, ita tamen, vt ſinguli pagi, Κῶραι, ſuos Presbyteros habeant. Sunt autem pagi iſti maximi, decem numero, aut aliquando plures. Pagus autem, in quo Iſchyras habitat, minimus eſt, et pauciſſimorum hominum, adeo, vt non ibi, ſed in proximo pago Eccleſia ſit conſtituta. „ Erant ergo parochiae, parochique in majoribus vicis, μελισταϲ Κῶραϲ, ex quibus pendebant vici, villaeque minores; ſubinfert *Thomaſſinus*.

byteri Eccleſiarum. a) Nec eſt, quod miretur quiſpiam, aut haeſitet, vnam tantum eo aeuo celebratam vno die fuiſſe miſſam, vbi et adeſſent Epiſcopo ſacra operanti Presbyteri alii, et communionem perciperent, quae deinde aliarum vrbanarum Parochiarum Presby-

a) Ep. 1. ad *Decentium Eugubinum* Epiſcopum cap. 5. ap. Crabbè tom. 1. fol. 267. „ De fermento vero, quod die dominico *per Titulos* mittimus, ſuperflue nos conſulere voluiſti, cum omnes Eccleſiae noſtrae intra *Ciuitatem* ſunt conſtitutae. Quarum Presbyteri, quia die ipſo propter plebem ſibi creditam, nobiscum venire non poſſunt, idcirco fermentum a nobis confectum per Acolythos accipiunt, vt ſe a noſtra communione, maxime illa die, non judicent ſeparatos. Quod per parochias fieri debere, non puto, quia non longe portanda ſunt ſacramenta. Nec nos per coemeteria diuerſa conſtitutis Presbyteris deſtinamus, vt et Presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam „ Per parochias autem ſubintellectas fuiſſe dioeceſes, tum aetatis mores comprobant, tum literae perſuadent ad Epiſcopum exaratae, quibus vnio aliarum cum Romana Eccleſiarum, eademque tum ſacramentorum, tum myſteriorum religioſa pertractatio inculcatur. Per *fermentum* vero intelligi Euchariſtiae ſacramentum, non praeciſe *Eulogias*, abunde innuitur, quanquam quid ſemper *fermentum* denotet, res inter Theologos penitus confecta non ſit, ſicut nec illud, vtrum Eccleſia Romana vſa nullo non tempore ſit azymis, ac nunquam fermentato? De quo latius excurrentem vid. *Honoratum a S. Maria* tom. 2. anim. crit. l. 4. diſſ. 4. per tot.

Digitized by Google

byteris mitteretur, qui adeſſe non potuiſſent. Conſtat enim, primis illis ſaeculis et vnam in qualibet vrbe Eccleſiam, et in qualibet Eccleſia vnum excitatum fuiſſe altare, et ad altare quodlibet vnam non amplius miſſam celebratam die quolibet fuiſſe, non plures. Poſtquam autem coepere in Vrbe *Roma* plures conſtitui parochiales Eccleſiae, Presbyteri, penes quos cura earum erat, ab Epiſcopo quidem ſemper communionem ſuſcepere, vti antea, ſed quae ad eos per Acolythos deferretur; velut narrat laudatus *Thomaſſinus.* Faciebat ea conſuetudo, vt Epiſcopo Presbyteri et deuinctiores eſſent, et obſequentiores. Nec facile altare contra altare erigerent, aut foedo ſchiſmate Eccleſiam lacerarent. Ejusmodi nihil metuendum a coemeteriorum Presbyteris, quibus nec ſubjecta plebs vlla, nec loco addicta erat; quare et illis oblatio ſacrificii permiſſa eſt, non aliis.

§. XXVIII.

ALIA BENEFICIORVM VESTIGIA EX CHRYSOSTOMO.

Quamuis ante inuectam in Eccleſiam redituum partitionem vix dilucidum quidpiam, firmum ac ſtabile de beneficiorum inſtitutione obcurrat; ante tamen *Simplicii* PP. regiminis annos lineas quasdam primas, et deſcriptiones velut informes, praeter ea, quae

Digitized by Google

quae, (§. 26.) adlata ſunt, deprehendimus; videlicet S. *Chryſoſtomi* aetate, qui circa annum 40?. deceſſit. Facundiſſimus nempe iſte Eccleſiaſtes, diuites nobilesque ſua, qua potuit, eloquentia excitauit, vt Eccleſias ſeu Capellas ruri ſuis in domibus exſtruerent, atque vt duos ſaltim, vel tres communi ſumtu aediculam hujusmodi exurgere facerent ſacram, dotarentque in villis ſuis. Quo ſanctiſſimi Praeſulis ſiue Conſilio ſiue praecepto plura ſurrexere ruri ſacella, oratoria, Eccleſiae, et inde *beneficia. a*) Etenim quanquam non obſerretur ibi, niſi diebus dominicis, in dies tamen ſingulos coeleſtia ibi Cantica perſona-

a) *Chryſoſtomus* hom. 18. In acta; ap. *Thomaſſ.* p. 1. l. 2. c. 92. „ Oro ac ſupplico et gratiam peto, imo et legem pono, vt nullus, qui habet villam, appareat carere Eccleſia. Ne mihi dixeris, prope eſt, in vicinia eſt, magnus eſt ſumtus, non magnum commodum: ſiquid habes inſumendum in pauperes, illuc inſume. Melius illuc, quam ibi. Educa Magiſtrum, educa Diaconum, et ſacerdotalem ordinem. . . . Venerabilis erit et presbyter poſtea, et ad ſeueritatem agri conducet. Preces illic perpetuae propter te, laudes et ſynaxes propter te: obligatio per ſingulos dies dominicos. Quale eſt matutinis, veſpertinisque hymnis praeſentem eſſe, et ſimul prandentem ſacerdotem videre . . . An parum eſt, in ſanctis oblationibus nomen tuum referri, et quotidie pro villa preces ad Deum fieri . . . Etſi quidem tres fuerint Domini, in commune conferant: ſi autem vnus, et aliis vicinis ſuadeat „

ſonabant, veſperc ſaltim et mane, quibus et fideles intererant. Menſae etiam illi benedicebant, pueros, domeſticosque omnes pietatis rudimentis imbuebant, denique vt frequenti oratione coeleſtium benedictionum rorem ptocurarent, obligabantur. De Coemeteriis vero, memoriisque Martyrum antea jam per Eccleſiam cognitis, atque de quibus ſanctiſſimi Patres *Chryſoſtomus*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, non absque laude ac encomio tractauere, §vo ſequente obcurret mentio. Sacrificia in iis Domino immolabantur, precesque. Attamen iisdem adſcripti Clerici ſeparatis a communi bonorum Eccleſiae Gazophylazio nondum ſuſtentabantur redditibus, aut praebendis.

§. XXIX.
IDEM EX ALIIS.

Saeculo V. de anno 451. paucis abhinc ante *Simplicium* annis, *Leonis* PP. duodecimo apud *Calcedonem Bythiniae* Metropolim ab 8. Idus Octobr. ad Kalendas Nouembris celebrata eſt ſynodus Generalis IV, ex cujus Canone ſexto, et octauo quinque notari conſpicimus beneficiorum genera. *a*) *Primo* illa ciuitatis: *Secundo* Pagi ſeu poſſeſſionis: *Tertio* Pto-

a) Can. 6. „ Neminem abſolute ordinari Presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum, niſi manifeſte in Eccleſia ciuitatis, ſiue poſſeſſionis (Pagi,) aut in

Ptochodochii: *Quarto* Monaſterii: *Quinto* Martyrii. Clericos vrbium communibus ex Eccleſiarum redditibus victitaſſe, abundantiſſime poſtea (toto capite ſequente) deducetur. Eorum qui ruri commorabantur, ſui ſubin erant Eccleſiarum pagenſium fundi, ac oratoriorum dotationes a Laicis. (§. antec. 28.) quorum redditus Clerici illi ſuos vertebant in vſus, velut (§. 28.) ex *Chryſoſtomo* laudato perſpectum eſt. Quoad *Ptochodochia*; erant varia harum piarum domorum genera, quae ad vſum hoſpitum, aegrotorum, pauperum, infantium, ſenum religioſiſſima Fidelium charitas adinuenit. Eorum nomina poſtea in legibus *Juſtiniani* Imp. offendimus. *d*) Quantum ad monaſteria. Illa ſiquidem aetate non omnibus

martyrio; aut in monaſterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatae vocabulum. Eos autem, qui abſolute ordinantur, decreuit S. ſynodus. vacuam habere manus impoſitionem etc." Ref. can. 1. Neminem. Diſt. 70. vid. ibi.

Can. 8. Clerici, qui praeficiuntur Ptochodochiis, vel qui ordinantur in monaſteriis et Baſilicis Martyrum ſub Epiſcoporum, qui in vnaquaque ciuitate ſunt, ſecundum SS. Patrum traditiones poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo diſſentiant." Ref. can. *Quidam.* 16. C. XVIII. q. 2. §. 1. paulo aliis verbis.

a) *Novell.* 7 in praefatione " Haec ergo nos omnia emendantes vnam exiſtimauimus oportere legislationem imponere omnibus ſanctiſſimarum Eccleſiarum et Xenodochiorum et Noſocomiorum et Monaſteriorum et Brephotrophiorum, et Ge-

nibus ex gremio ſuo monaſteriis erant Presbyteri. Inde etiam S. *Gregorii* adhuc tempore legimus *a*) praeceptum fuiſſe ab eodem Monachis, vt coram ſacris pignoribus diuina perſoluerent officia; miſſas autem celebrari curarent per Presbyterum, qui Conductitius foret, locum ei in monaſterio et alimenta exporrigerent, quamuis poſtea, vt ſingula haberent proprium, neceſſitas compulerit. *Martyrii b*) In vita S. *Syluestri* apud *Anaſtaſium* Bibliothecarium, ſeu in libro Pontificali: ex quo magno honore et pretio habitum fuiſſe

rontomicorum, et totius ſacrati Collegii rebus,, Vid. plura per eandem praefationem. Item *Nov.* cit. cap. 6. ,, Contra celebrantem mutuum Oeconomum, aut Xenodochum, aut Brephorotrophum, aut Praeſulem Monaſterii ,,

a) Tradiderat, commendaueratque *Gregorius* l. 3. Reg. ep. 18. *Mauro* Abbati a S. *Pancratio* Eccleſiam S. *Pancratii*, aitque: ,, Ita ſane, vt quaecunque in ipſa ſupraſcripta Eccleſia fienda reparandaque ſunt, per te ſine dubio reparentur. Sed ne remotis presbyteris, quibus Eccleſia ipſa fuerat antecommiſſa, vacare myſteriis videatur; idcirco hujus tibi authoritatis tenore praecipimus, et peregrinum illic debeas adhibere Presbyterum; qui ſacra miſſarum poſſit ſolemnia celebrare, quem tamen in monaſterio tuo habitare, et exinde vitae ſubſidia habere, neceſſe eſt ,, Cet.

b) De his Martyriis Concilium *Gangrenſe* de anno 324. can. 20 et vltimo ,, Siquis ſuperbiae vſus affectu conuentus abominatur, qui ad confeſſiones Martyrum celebrantur, et miniſteria, quae in eis fiunt, ſimul cum eorum memoriis execra-

iſſe beneficium Cuſtodis *tumuli Martyrum*, at-atque *Leonem* I. PP. ſuper ſepulcra Apoſtolorum ex Clero *Romano* cuſtodes conſtituiſſe, qui dicuntur cubicularii, conſpicimus. *a*) Ex Concilio *Calcedonenſi* colligimus, *b*) in oriente fuiſſe Presbyteros, aliosque Clericos venerandis Martyrum memoriis addictos. Vnum vero idemque fuiſſe capellas Martyrum et Coemeteria, facile conuenitur. *c*) Recondebantur enim ibi Corpora Martyrum, ſomnumque

tur: Anathema ſit. Tom. 1. CC. G. p. 155. Ref. can. Siquis 9. D. 30.

a) Quantum ad Silueſtrum, illud probant acta Concilii, quod ſub *Silueſtro* coactum a nonnullis ſcribitur: attamen quum acta haec inconcuſſae non ſunt fidei, leuioris ſunt ponderis; alia tamen adducta intentum commonſtrant noſtrum argumenta. Quod *Leonem* adtinet, verba producimus *Anaſtaſii* in Leone „ Hic conſtituit ſupra ſepulchra Apoſtolorum cuſtodes, qui dicuntur Cubicularii ex Clero Romano „

b) Actione 4. „ Helpidius monumentorum procupientium cuſtos eſt. . . . Theodorus in monumentis habitat. . . Hipſius in monumentis habitat. . . Paulus de Bythinia eſt habitans in monumentis. Gaudentius in monumentis habitat. „ Vid. Crabbe Tom. 1. fol. m. 474.

c) Ex *Chryſoſtomo* tom. 5. ſerm. 32. p. 482. ap. Thomaſſ. part. 1. lib. 2. c. 92. n. 11. „ Cujus rei gratia in hoc martyrio congregamur? quia hic mortuorum multitudo ſita eſt: ob id etiam ipſe locus coemeterium apellatur, vt diſcas mortuos, qui hic ſiti ſunt, non mortuos eſſe, ſed ſomno conſopitos eſſe, et Dormire. „

Digitized by Google

que illi juſtitiae dormiebant, ex quo in aeternam vitam aliquando expergiſcerentur. Id ſonat vox Κοιμητηριον. Percupiebant, ambiebantque fideles ipſi, vt et ſibi obtingeret juxta ſacra Martyrum pignora tumulari, vt vna quieſcerent, vna plurimis ſuffragiis et Martyrum et fidelium adjuti in beatam aliquando vitam reuocarentur. *Socrates* author eſt *a*) *Alexandrinos* fideles communionem *Gregorii Ariani* Epiſcopi fugientes, ſynaxes ſuas et preces in coemeterio peregiſſe. *Auguſtinus* ea de re luculentiſſimum ſcripſit tractatum *de Cura pro mortuis* gerenda: vbi et vehementer probat piam illorum ſedulitatem, qui in *Baſilicis Martyrum* tumulos ſibi aucupabantur; quod procul dubio conſortes futuri eſſent, participesque precum et ſacrificiorum, quae ibi fiunt generatim pro defunctis. Idem alibi coemeteria vocat *Memoriam*, ſeu *oratoria Martyrum*. Agit et *Hieronymus* de *Baſilicis Martyrum*, et de Sacrificiis, quae ibi pro vniuerſo terrarum orbe obferebantur: atque ab eo inde vapulat *Vigilantius*, aduerſus piam hanc Eccleſiae conſuetudinem pari atque olim *Eunomius* impudentia deſtomachatus. *b*) Sanctiſſimis eremi incolis honores Martyrum dependebantur, quod et ipſi quoddam poenitentia Martyrium

a) L. 2. H. E. c. 33.

b) Lib. adverſ. *Vigilantium*, ibi „ His Vigilantium os foetidum rurſus aperire et putorem ſpurciſſimum contra ſanctorum Martyrum proferre reli-

tyrium ſibi comparaſſent. Haec igitur primi erigendorum aliquando beneficiorum ductus ſunt: hae primae lineae: id quod beneficiorum genus ad ſimplicium claſſem referre, me haut inuito, pro libitu poteris, vtpote quibus nec Parochia fuerat proprie, nec plebs, nec animarum cura, ſaltim quantum eſt ad oratoria illa, Martyriaque, quantumuis Clerici illi reſidentiae, et quotidiano Eccleſiae miniſterio adſtringerentur. Quoad monaſteria vero primitus Presbyter conductitius magis fuerat, quam adpropriatus.

§. XXX.

QVINAM ET QVALES FVERINT TVNC MINISTRI ECCLESIAE, AVT CLERICI SVO MODO BENEFICIARII?

Clericos, qui ad Hierarchiam pertineant Eccleſiaſticam ordinatione diuina inſtitutam, fuiſſe Epiſcopos, Presbyteros, ac

 Dia-

quias: et nos, qui eas ſuſpicimus, apellare *Cinerarios* et Idololatras, qui mortuorum hominum oſſa venerantur. O infelicem hominem! Ergo quotiescunque Apoſtolorum et Prophetarum et omnium Martyrum Baſilicas ingredimur, toties Idolorum templa veneramur? Accenſique ante tumulos eorum cerei idololatriae ſigna ſunt? Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus: „ Cet. Quisquis aciem inſtruere cogitat aduerſus proteſtantium Duliae erga ſanctos cultus Maſtyges, iſthoc *Hieronimi* libro vſus, inuictiſſime eos perſtringet. Proſtat autem tom. 3. oper. *Hieron.* p. m. 54.

Diaconos, Theologi comprobant. De reliquis eadem ratione ad eandem referendis, non conuenitur, quamuis variae fuerint et nunc ſint Clericorum claſſes. „ vt vero, quod cum *Benedicto* XIV. ſentimus *a*) aperte dicamus, nunquam Eccleſiam latinam alios ordines agnouiſſe credimus, praeter eos, quos ſingulatim recenſet Cornelius Papa. *b*) Quia vero Clericis, aliquo ex iis ordinibus initiatis, diuerſa committebantur officia, ex iſtorum diuerſitate diuerſam pariter ſortiebantur nomenclaturam, puta Cantoris, Foſſarii, Cuſtodis Martyrum, cet. .... Et profecto, quod Cantores, de quibus videtur eſſe ſpecialis difficultas, merum haberent officium ſine vero ordine a ceteris diſtincto, eruitur ex ipſomet Concilio *Carthag.* IV. *c*) ibi enim omnium ordinum collatio ab Epiſcopo dicitur facienda; Cantoris autem munus ſola Pres-

a) Benedictus XIV. de ſynodo dioeceſ. Lib. 8. cap. 9 n. 8. edit. Ferrar. de an. 1760. Cujus prorſus verbis, et in adlegata auctorum et locorum citatione fide vſi ſumus; igitur heic omne, quod vides, hujus Pontificis eſt.

b) Ex recenſ. *Couſtant* num. 3. col. 150. ap. cit. *Benedictum* „ Presbyteros quadraginta ſex, Diaconos ſeptem, Subdiaconos ſeptem, Acolithos duos et quadraginta, Exorciſtas autem et Lectores, cum Oſtiariis, quinquaginta duos. „

c) Cap. 10. Tom. 1. Collect. *Hard.* col 979. „ Pſalmiſta, id eſt, cantor, poteſt abſque ſententia Epiſcopi, ſola juſſione presbyteri officium ſuſcipere cantandi. „

Digitized by Google

Preſbyteri juſſione ſuſcipi atque exerceri permittitur.... Ceterum ſi ex diuerſis officiis, quibus Clerici addicebantur, et diuerſa, quam inde aſſequebantur, nominis apellatione, eccleſiaſticorum Ordinum diuerſitas inferretur, nimium ingens ſane fuiſſet apud majores noſtros, minorum ordinum numerus. Etenim in eccleſiaſticis tabulis recenſentur *Catechiſtae* veluti ſpecialem gradum in Eccleſia obtinentes; et tamen diſcimus a *Cypriano a)* ad hoc munus obeundum, aliquem inferioris Ordinis Clericum ſeligi conſueuiſſe, quin idcirco ad noui Ordinis gradum promoueretur. In Codice *Theodoſiano b)* commemorantur *Parabolani*, hoc eſt, vt explicatur ibidem, homines *ad curanda debilium aegra corpora deputati*, quos e Clericorum coetu fuiſſe, adnotauit ibidem *Gothofredus*, teſtaturque *Baronius* ad annum 416; quin tamen eodem *Baronio* obſeruante, nouum et peculiarem ordinem conſtituerent. Erant pariter defenſores pauperum, et defenſores Eccleſiarum. De illis ſermo eſt in Concilio *Carthag.* V. *c)* De iſtis mentio fit in Concilio *Calcedonenſi d)* vtroſque vero quamuis *Petauius e)* inter laicos collocet,

a) Ep. 24. „ Optatum inter Lectores doctorem audientium conſtituimus. „

b) L. 42. et 43. Tit. 2. lib. 16. Cod. *Theodoſ.*

c) De an. 401. cap. 9. Tom. 1. Collect. *Hard.* col. 988.

d) Can. 23. *e)* *Petauius* in notis ad *Epiphan.* haeres. 62. n. 10.

Digitized by Google

cet; attamen *Morinus* a) ex Eccleſiaſticis monumentis conſtare aſſerit, ea munera nonniſi Clericis conſueuiſſe committi. E Clericorum inſuper numero eligebantur Eccleſiarum oeconomi, de quibus in Concilio *Epheſino* b) et in *Calcedonenſi* c) Ex eadem deſignabantur *Apocriſiarii*, de quibus *Liberatus* d) *Euagrius* e) et *Juſtinianus* f) quorum id erat officii, vt, tanquam procuratores, omnes cauſſas eccleſiaſticas ad eos, a quibus acceperant, attinentes in aula Imperatoris agerent. Atque ut alios hujus generis multos praetereamus, *Epiphanius* g) Eccleſiae Miniſtris accenſet *Hermeneutas*, ſeu interpretes, quorum munus erat, ex vna in aliam linguam transferre tam lectiones Scripturarum, quam conciones ab Epiſcopis ad populum habitas. Ejusmodi vero munus fuiſſe ſpeciale, atque ab aliis diſtinctum, liquet ex actis paſſionis *Procopii* Martyris, a *Valeſio* publicatis. h) Niſi igitur dicamus, omnia, quae retulimus, et quam plurima ſimilia, quae referri poſſent, nomina fuiſſe officiorum, non ordinum, admittere cogeremur, in antiqua Eccleſia ordines fuiſſe innumeros: quod nemo facile credet. Quam ob rem, quod ex *Mori-*

a) Exercitat. 16. cap. 6. n. 16. b) Actione 1.
c) Can. 2. et can. 26. Tom. 2. Collect. *Hard.* col. 601, et 611.
d) Breuiarii cap. 12. e) Lib. 4. cap. 38.
f) Nouell. 6. cap. 2. g) Expoſit. fid. num. 21.
h) In notis ad *Euſebium* de Martyr. *Palaeſt.* cap. 1.

Digitized by Google

Morino retulimus argumentum, ſuas quidem vires habet, qua parte peruetuſta innititur conſuetudine Eccleſiae Graecae, tres minores Ordines jam diu reſpuentis; ſed inefficax eſt, quantum ad variationem, quam factam aſtruit in Eccleſia Latina quoad eorundem numerum. „ cet. Item *a*) „ Praeter cantores (Pſalmiſtas) fuiſſe etiam, decantant, alios minores Ordines, poſtea obliteratos, praecipue *Foſſariorum*, qui etiam *Laborantes* et *Copiatae* ſunt apellati; *Cuſtodum* Martyrum, et *Notariorum.* De Foſſariis, quorum officium erat operam impendere in ſepeliendis fidelium corporibus, meminit *Hieronymus*, ſeu quicunque ſit auctor tractatus de *ſeptem Eccleſiae gradibus* ad *Ruſticum Narbonenſem:* iidemque Clericis annumerantur in Codice *Theodoſiano b*) *Cuſtodibus Martyrum*, ita dictis, quod ipſis concrederetur cuſtodia Eccleſiarum, vbi ſepulta erant Martyrum corpora.... Notarios denique (etiam Eccleſiaſtici exceptores ita compellabantur) qui curam habebant inſtrumentorum et tabularum Eccleſiae, peculiarem conſtituiſſe Clericorum Ordinem, colligunt ex Ennodio *Ticinenſi*, in vita *Antonii* Monachi *Lirinenſis* cet. „ Haec ex *Benedicto* de Clericis

D 3 Pri-

haec de *Procopio* narrantibus. „ Vnum in legendi officio; alterum in Syri interpretatione ſermonis, et tertium aduerſus Doemones; manuum impoſitione. „

a) Idem *Benedictus* laudatus num. 7.

b) Leg. 15. Tit. de Epiſcopis. lib. 16.

primorum ſaeculorum ſubficiant. In eam tamen ſententiam vt probabiliorem ille inclinat, quae vult, nonniſi Epiſcopatum, Presbyteratum, ac Diaconatum Ordines eſſe diuina ordinatione inſtitutos, cui ſententiae pace noſtra, ſiquis eo Pontifice eſt doctior, diſſentire valet.

CAPVT. III.

Quis eo ipſo in antecedentibus laudato tempore conſtitutorum Miniſtrorum ſuſtentandorum curam, ac proin prouentuum Eccleſiae diſpenſandorum habuerit poteſtatem? qualiterque ea facultas penes ſacros perſtiterit Praeſules?

ARGVMENTVM.

Paragrabus. 31. *Poteſtas, redditus diſpenſandi eccleſiaſticos, primitus penes Apoſtolos; qui id praeſtiterunt praecipue per manus Diaconorum.*

32. *Poſt Apoſtolos ſubſidebat penes Epiſcopos.*

33. *Probationes ex ſecundo et tertio ſaeculo.*

34. *Probationes ex ſaeculo quarto, et vltra.*

§. XXXI

§. XXXI.

POTESTAS REDDITVS DISPENSANDI ECCLESIASTICOS PRIMITVS PENES APOSTOLOS; QVI ID PRAESTITERVNT PRAECIPVE PER MANVS DIACONORVM.

Ne dubitari quidem poteſt, quin diſpenſandae hujus ſubſtantiae poteſtas ſumma eſſet penes Apoſtolos, quum ex eorum praedicationibus et ſudoribus hi fructus exuberaſſent. Ideo et ad pedes Apoſtolorum effundebantur pretia rerum, quae diuendebantur, vt et ab eis fieret pia diſpenſatio. Eam ab exordio ſolicitudinem in ſe ſuſcepere, et geſſere Apoſtoli ea ſapientia et charitate, quae non paulo plus ipſis Eccleſiaeque admirationis conciliaret, quam miracula illa, quae partim ad ſummum omnium ſtuporem patrabant. *a*) Coeleſtis irae vindicta in *Ananiam* et *Saphiram* effuſa, qui de pretio venditi agri aliquid fraudauere, argumento fuit, quam accepta Deo eſſet fidelium vltra modum excurrens liberalitas. Mox Apoſtoli ſanctioribus vt mi-

a) Actor. 4. v. 33. „ *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis JESV CHRISTI Domini noſtri: et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos: quot quot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quae vendebant, et ponebant ante pedes Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat.* „

miniſterii ſui functionibus, auguſtioribusque totos ſe darent, in fideles et religioſas viduas hanc diſpenſandae eccleſiaſticae rei curam transfudere. Coaluerant tunc in Eccleſiam Chriſti Judaei duplicis generis: quorum alii ex *Palaeſtina* ipſa oriundi, alii, qui Graeci vocabantur, aliunde adfluxerant ex Imperii Graeci variis prouinciis. Hi poſteriores aemulatione, neſcio, quali in priores exarſere, quod ſuae gentis viduae eo, diſpenſandi res Eccleſiae, miniſterio non aeque decorarentur, aut non aequa forſan ipſae recrearentur ſtipe. Ea occaſione adducti Apoſtoli eligi curarunt ſeptem Diaconos, in quos hanc tandem adminiſtrationem traduci placuit *a*).

§. XXXII.

POST APOSTOLOS SVBSIDEBAT PENES EPISCOPOS.

In easdem poſt Apoſtolos facultates ingreſſi ſunt Epiſcopi Apoſtolorum Succeſſores. At-

a) Actor. 6. a ℣. 1. „ *In diebus autem illis, creſcente numero diſcipulorum factum eſt murmur Graecorum aduerſus Hebraeos, eoquod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduae eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerunt: Non eſt aequum nos derelinquere Verbum Dei, et miniſtrare menſis. Conſiderate ergo Fratres, viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu ſancto, et ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos vero orationi et miniſterio Verbi inſtantes erimus. Et elegerunt Stephanum. Cet.* „

Digitized by Google

Atque ex eo, quod Clericos Epiſcopus quisque ſuos vi ordinationis ſibi ſeruabat deuinctos, id quoque erat muneris non vltimi, vt quoque pro Cleri ſui ſuſtentatione is curam gereret. Id quod facile praeſtitere Epiſcopi ſiue per ſe, ſiue per oeconomos a ſe ſubſtitutos, quod, quum res Eccleſiae omnes in commune poſſiderentur, ſumma eorum poteſtas penes ſacros Praeſules ſtetiſſet. Illis videlicet ſaeculis nequicquam adhuc detrimenti paſſa erat ea ab Apoſtolis hauſta fidelium oeconomia. Etenim quemadmodum bonorum apud eosdem communio, charitate firmata, perſtiterat, ita et bonorum illorum per Epiſcoporum, qui Apoſtolis ſucceſſerant, authoritatem facienda erat diſtributio.

§. XXXIII.
PROBATIONES EX SECVNDO, ET TERTIO SAECVLO.

Hujus rei teſtimonium *Juſtinus*, *a*) *Tertullianus*

a) *Juſtinus* in Apologia ſecunda pro Chriſtianis apud *Rupprecht* in not. hiſtor. in vniu. Juſ. can. p. 242. colum. 2. ibi „ Ceterum qui copioſiores ſunt, et volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt; et quod ita colligitur, apud *Praepoſitum* deponitur, atque inde opitulatur Viduis, pupillis, et his, qui propter morbum aut aliam quamlibet cauſam egent, quique in vinculis ſunt, et peregre aduenientibus hoſpitibus, et vt ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt „ Nomine Praepoſiti Epiſco-

nus, *a*) *Origenes* *b*) perhibent. Nec deeſt S. *Cyprianus*, rerum in Eccleſia gerendarum ſapientia nominatiſſimus Praeſul, qui quantum ſibi ſumſerit curae de redditibus Eccleſiae pro meri-

pum (vt ait Rupprecht cit) intelligit *Juſtinus*: et Clericos ipſos gregi pauperum implicat, qui inde vna viuerent, quod die dominico, celebratis myſteriis, diuites in Corbonam voluntaria pietate miſiſſent.

a) *Tertullianus* in Apologetico aduerſ. Gentes cap. 39. „ Ex ſubſtantia familiari fratres ſumus, quae penes nos (perorat aduerſus Gentiles) fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo, animaque miſcemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiſcreta ſunt apud nos, praeter vxores. In illo loco conſortium ſoluimus, in quo ſolo ceteri homines conſortium exercent etc. Et lib. de Virginibus vel circa medium: „ Plane ſcio (inquit) alicubi Virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam, cui ſiquid refrigerii debuerat Epiſcopus, aliter vtique ſaluo reſpectu diſciplinae praeſtare potuiſſet. „ Nempe inter viduas cordi praecipue habebantur Diaconiſſae, id quod conſtat ex eo, quod laudatus *Tertullianus* moleſtius tulit, juniorem virgunculam annorum viginti ab Epiſcopo quodam viduarum, hoc eſt, Diaconiſſarum albo inſcriptam fuiſſe, quae anno aetatis ſexageſimo demum ex praecepto Apoſtoli ordinabatur. Ita vero ſtatuit *Tertullianus*, ſi ea incidiſſet Epiſcopo ſententia, vt Virginem illam Diaconiſſarum *ſportulis* honeſtaret, rationem illi quandam aliam ineundam fuiſſe, quae minus a ſenſu et natura communi abhorreret. „ Plane ſcio (inquit) alicubi. etc.

b) *Origenes* hom. 15. ſup. Mathae: num 15. tom. 3. oper. edit. Monach. S. *Mauri* ap. *Mamachi* de'

Digitized by Google

merito diſtribuendis, variis ex ejusdem ſcriptorum paſſibus poſteritati relictum eſt. *a*)

§. XXXIV.

Coſtumi de' prim. criſt.. tom. 3. c. 5. n. 8. „ Haec omnia eo a nobis dicta ſunt, vt vnumquemque perfectum euadere volentem parere poſſe probemus Jeſu dicenti: *Vade, vende, quae habes, et da pauperibus.* Strenuorum autem, et rerum omnium, quae *Epiſcopo* potiſſimum conueniunt, praeditorum hominum partes eſſent, eos adhortari, quibus facultas ſuppetit, quique adhortationi obtemperant, et iis res vitae neceſſarias e communi ſubminiſtrando, et alios ad idem (faciendum) rogare. Exemplum enim quoddam vnanimis vitae illud eſſet, quam tempore Apoſtolorum fideles agebant. „ Vid. P. Mamachi cit. latius excurrentem.

a) Epiſtolar. l. 4. ep. 5. Dum de duobus inluſtriſſimis Eccleſiae Confeſſoribus ac Lectoribus *Celerino* et *Aurelio* panegyrin inſtituit, atque iisdem, quantumuis junioribus Clericis, quod inuictae in Chriſti fide conſtantiae praeclara ediderint ſpecimina, aeque vberes adtribuit portiones, ac Presbyteris, atque ea in re prae ceteris paternae ſuae ſolicitudinis fauorem impendit. „ Hos ... Lectores interim conſtitui ſciatis, quia oportebat lucernam ſuper candelabrum poni, vnde omnibus luceat, et glorioſus vultus altiore conſtitui, vbi ab omni fraternitate circumſtante conſpecti incitamentum gloriae videntibus praebeant. Ceterum Presbyterii honorem deſignaſſe nos illis jam ſciatis, vt et *ſportulis* iidem cum Presbyteris honorentur, et diuiſiones *menſurnae aequitatis* (§. 11. et 16.) quantitatibus partiantur, ſeſſuri nobiscum prouectis et corroboratis annis ſuis, quamuis in nullo minor poſſit videri aetatis indole, qui conſummauit aetatem gloriae dignita-

§. XXXIV.

PROBATIONES EX SAECVLO QVARTO, ET VLTRA.

Prò hac Epiſcoporum poteſtate ſaeculo quarto ſuffragantur canones Concilii *Gangrenſis a)* et *Antiocheni b)* in quorum primo

te. „ Ex quo Cypriani loco aduertimus, Presbyteros quidem ea aetate vberiores prae inferioribus Clericis, opimioresque retuliſſe ſportulas; aſt dum Clericus inferior ſua Eccleſiam inſigniuiſſet fide, induſtria, zelo, fortitudine, eum in recipiendis ſportulis aequatum illis fuiſſe DISPENSANTE EPISCOPO. Idem lib. 3. ep. 24. quae eſt ad Presbyteros et Diaconos:„ Infirmorum et omnium pauperum curam peto diligenter habeatis, ſed et peregrinis, ſiqui indigentes fuerint, ſumtus ſuggeratis de quantitate mea propria, quam apud Rogatianum presbyterum noſtrum dimiſi, quae quantitas, ne forte jam vniuerſa erogata ſit, miſi eidem per *Naricum* Acolythum aliam portionem, vt largius et promtius circa laborantes fiat operatio „ Idem ep. 13. ad Presb. *Rogatian.* ap. *Fleury* H. E. l. 6. §. 39. „ Quamuis paulo prius ad Clericos noſtros ſcripſerim, vobis adhuc in carcere detentis, et ab illo quoque tempore, ex quo ea, quibus ad menſam et operimentum indigetis, vobis praebentur; nihilominus ex eo fundo, quem ad expenſas neceſſarias mecum aſportaueram, miſi ducentos quinquaginta ſeſtertios vltra illos ducentos, et quinquaginta, quos antea miſeram. „

a) De an. 324. can. 7. „ Siquis oblationes Eccleſiae extra Eccleſiam accipere, vel dare voluerit praeter conſcientiam Epiſcopi, vel ejus, cui hujusmodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit a-

Digitized by Google

gere conſilio: Anathema ſit. „ Can. 8. „ Siquis dederit, vel acceperit oblata praeter Epiſcopum, vel eum, qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus; et qui dat, et qui accipit, Anathema ſit. V. tom. 1. CC. G. p. 154.

b) De an. 341. can. 24. „ Quae ſunt Eccleſiae, ſub omni ſolicitudine et conſcientia bona, et fide, quae in Deum eſt, qui cuncta conſiderat, judicatque, ſeruentur, quae etiam diſpenſanda ſunt judicio, et poteſtate pontificis, cui commiſſus eſt populus, et animae, quae intra Eccleſiam congregantur. Manifeſta vero ſint, quae pertinere videntur ad Eccleſiam cum notitia presbyterorum et Diaconorum, quae circa ipſum ſunt: ita vt agnoſcant, nec ignorent, quae ſint Eccleſiae propria, nec eos aliquid lateat. Vt ſi contigerit, Epiſcopum migrare de hoc ſaeculo, certis exiſtentibus rebus, quae ſunt Eccleſiae, nec ipſae collapſae depereant, nec, quae propria probentur Epiſcopi, ſub occaſione rerum peruadantur Eccleſiae. Juſtum namque et acceptum eſt coram Deo et hominibus, vt ſua Epiſcopus, quibus voluerit, derelinquat, et quae Eccleſiae ſunt, eidem conſeruentur Eccleſiae, vt nec Eccleſia aliquod patiatur incommodum, nec Epiſcopus ſub occaſione proſcribatur Eccleſiae, et in cauſſas incidant, qui ad eam pertinent, et ipſe poſt obitum maledictionibus grauetur. „ Tom. 1. CC. G. p. 160. Initium hujus canonis paulo aliter datis verbis refertur can. *Quaecunque res* 5. C. X. q. 1. Conf. can. 40. Apoſtolorum. Can. 25. ejusd. Concil. „ Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent ſumma reuerentia et timore Dei. Participet autem et ipſe, quibus indiget, ſi tamen indiget, tam ſuis, quam fratrum, qui

mo anathema intorquetur iis, qui vel dederint, vel acceperint, res Eccleſiae praeter Epiſcopum, vel eum, qui eſt conſtitutus ad beneficentiae diſpenſationem. Alterum jubet ea fide et religione tractari debere res Eccleſiae, quae Deo debetur omnium Spectatori et Judici. Porro bonorum Eccleſiae notitia informandos eſſe Presbyteros et Diaconos, vt vbi Epiſcopus mortali ex hoc curriculo excedet, ne res ejus propriae rebus Eccleſiae permiſceantur, et heinc jurgiorum, litiumque ſementes exiſtant. Firmatur ea

fa.

qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis vſibus profuturis. Ita, vt in nullo qualibet occaſione fraudentur juxta S. Apoſtolum ſic dicentem: Habentes victum et tegumentum, his contenti ſumus. Quodſi contentus iſtis minime fuerit, conuertat autem res Eccleſiae in ſuos vſus domeſticos, et ejus commoda, vel agrorum fructus, non cum Presbyterorum conſcientia, Diaconorumque, pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filiisque committat, vt per hujusmodi perſonas occulte ceterae laedantur Eccleſiae; ſynodo prouinciae paenas iſte perſoluat. Si autem et aliter accuſetur Epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quod ea, quae pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent, ita vt ex hoc affligantur quidam pauperes, criminationi vero et blaſphemiis tam ſermo praedicationis, quam hi, qui diſpenſant, taliter exponantur; et hos oportet corrigi, ſancta ſynodo, id quod condecet, approbante „ Tom. I. cit. Ref. can. Epiſcopus 23. C. XII. q. I.

facultas canone vigeſimo quinto, quanquam communicato cum Presbyteris et Diaconis conſilio omnia tractare jubeatur, atque ſuae adminiſtrationis rationes ad Concilium prouinciale referre. Inde ſiqua Epiſcopo et Presbyteris ejus inſinatur ſuſpicio, quaſi male adminiſtratae rei eccleſiaſticae, fruſtratorumque pauperum neceſſariis et vſitatis adminiculis, res ad judicium deportetur Concilii prouincialis. Haec equidem dictis in Conciliis poſteritati relicta ſunt; attamen non eadem continuo erat apud Epiſcopos ratio; ſubin enim largioribus, ſubin reſtrictioribus ea adminiſtrabant bona limitibus, atque hac diuerſitate nihil obſtante ſua cuique ſapientia conſtabat, pietas et religio. *Ambroſius* hortatur enixius, Epiſcopi eſſe, vt ne Eccleſiae prouentus tam improuide effundat, vt nunc redundet, quod poſtea deficiet: ne nimio plus, ne minus aequo largiatur etiam pauperibus, *Clericisque*, vel templorum ſartis tectis. a) *Hieronymus* de oeconomis diſſerens Epiſcopi adſertioem noſtram firmat. b) Quibus om-

a) *Ambroſius* officior. lib. 2. c. 21. „ Maxime ſacerdoti conuenit, ornare Dei templum decore congruo.... quantulum oporteat, largiri peregrinis non ſuperflua, ſed competentia.... Ne reſtrictiorem erga *Clericos* aut indulgentiorem ſe praebeat „ Tom. 1. oper. fol. m. 28. pag. 2.

b) *Hierony.* ep. ad *Nepotian.* poſt medium: „ Sciat Epiſcopus, cui commiſſa eſt Eccleſia, quem diſpenſationi pauperum, curaeque praeficiat.

omnibus quantumuis heic a nobis contractius propoſitis difficile haut eſt dijudicare, quo tum loco Clericorum ſubſtiterint beneficia, quae ab ordinatione atque Ordinatorum officio diſtincta haut noſcebantur, atque quod pro ſua cuique penu erat opus, Epiſcoporum illis elargiebatur pia manus, qui et ipſi, quantum quoad quatuor prima nouimus ſaecula, ſua fere patrimonia pauperibus erogabant, adeo non de Chriſti et pauperum opibus diteſcere amabant iidem, redditibus Eccleſiae eo, quo pauperes, modulo vtebantur. Aut communis, regularisque ſocietatis vinculo connexi vitam agebant Clerici; ita nihil opus erat partitione: aut victu et veſtitu contenti degebant, vnde nec erat, quod de juſta ſua portione altercarentur cum Epiſcopo. Concilii *Carthaginenſis* IV. canones ſumma quadam diligentia totam aeui illius diſciplinam Eccleſiae circumſcripſere, nullum tamen ibi vsquam eorum, vt poſterior, ac hodiernus fert vſus, beneficiorum veſtigium reperies. Totum, quod ibi intuitu redditu um Eccleſiae decretum nouimus, in duobus concluditur canonibus. *a*) Idem, vt ſupra animaduerſum eſt,

a) De an. 398. Totum, quod ibi intuitu reddituum Eccleſiae decretum nouimus, eſt canon 31 „ Vt Epiſcopus rebus Eccleſiae tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur „ Et canon 32. „ Irrita erit donatio Epiſcoporum, vel venditio, vel donatio, vel commutatio rei Eccleſiaſticae absque conniuentia et ſubſcriptione Clericorum,

Digitized by Google

eſt, ea aetate orientalis Eccleſiae, Conciliorum et Patrum ſenſus erat, nec vlla ibi Epiſcopis lex imminere viſa eſt, quam vt ex reditibus, quos adminiſtrabant, Eccleſiae ea ſolum decerperent, quae tum propriis, tum Cleri neceſſitatibus ſubficerent. Ad ſaeculi quinti auſpicia ſi conuertamur, omnia Eccleſiarum bona vsque modo perſtitiſſe communia, ex Concilii *Carthaginenſis VI.* canonibus edocemur *a)* Saltem in id condeſcendunt Scriptores ſinguli, tribus vel quatuor antecedentibus ſaeculis nullas adhuc eccleſiaſticas leges vel eorum bonorum in partes ſectionem praecepiſſe, vel commemoraſſe. In De-

V. Crabbe tom. 1. CC. fol. 257. Ref. can ſine exceptione 51. C. XII. q. 2. in epiſtola *Leonis P.*

a) De an. 419. can. 31. „ Item placuit, vt quicunque Clerici vel Diaconi pro neceſſitatibus Eccleſiarum non obtemperauerint Epiſcopis ſuis, volentibus eos ad honorem ampliorem in ſua Eccleſia promouere; nec illi miniſtrent in gradu ſuo, vnde recedere noluerunt „ Can. 32. Item placuit, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus, vel Clericatus ſui agros, vel quaecunque praedia nomine ſuo comparant, tanquam rerum dominicarum inuaſionis crimine teneantur: niſi admoniti in Eccleſiam eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis obuenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruit. Quodſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni, tanquam reprobi, judicentur. „

creto *Gratiani a*) bonorum diuiſio Apoſtolorum praeceptis ſtabilita perhibetur; aſt nihil moramur; ſiquidem *Palea ſit* paſſus citatus, atque nec ipſis Correctoribus *Romanis* loco citato probetur: Nempe nec eſt Concilii vllius Toletani partus, vti tamen ibi praetexitur, nec ſynodo *Romanae* ſub *Silueſtro* PP. addicendus. Alius ex hac ſynodo adlegatur Canon ordine quartus, *b*) qui adſertioni noſtrae cenſeri poſſet inimicus; aſt dum totam hanc ſynodum ſanior, recentiorque Critica inter ſpurias rejicit; inde non eſt, cur ſupra adſerta ſua non ſubſiſtant firmitate.

CA-

a) Can. Sancimus 31. C. XII. q. 2.

b) Can. 4. cit. ita habet. „ Commoneo autem vobis omnibus mihi conſortibus monimentum hoc, vt de redditibus Eccleſiae quatuor partes fiant, quarum vna cedat Pontifici ad ſui ſuſtentationem, alia Presbyteris & Diaconis, & omni Clero, tertia templorum & Eccleſiarum reparationi, quarta pauperibus, & infirmis & peregrinis. Conſtituit & hunc ordinem, vt ſiquis de Clero vel Presbyteris vniuerſi loci tranſierit, quod commune eſt de hoc mundo, ſi neminem de ſuo genere habuerit conſortem, quid quid paupertas ejus haberet, conferret Eccleſiae, & exinde quatuor partes fierent, ſicut ſupra dictum eſt. „ Tom. I. *Crabbe*. Fol. 165. Credunt, ſynodum hanc ſaeculo VI., cujus exhibere diſciplinam videtur, eſſe confictam ap. *Benedictum* XIV. de Syn. dioec. lib. 8. c: 9. n. 7.

Digitized by Google

CAPVT. IV.

Quae ſaeculis V. et VI. viguerit Diſciplina? vbi prima tum reddituum, tum fundorum diuiſio inuenitur, atque de Epiſcoporum non minus circa beneficiorum conlationem, quam ſacrorum Miniſtrorum ſuſtentationem poteſtate diſſeritur; atque nomen *Canonicus* primo obtinuiſſe vſum, commonſtratur.

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 35. *Prima reddituum in Eccleſia potiſſimum Latina partitio.*

36. *Altera probatio vna cum cauſſa hujus partitionis.*

37. *Initium alterius, videlicet etiam Fundorum partitionis.*

38. *Penes quem hocce ſaeculo ſexto conſtituendi beneficiarios, ſeu Eccleſiae Miniſtros perſtiterit poteſtas?*

39. *Penes quos, et qua ratione tum reddituum, tum fundorum diſtribuendorum fuerit facultas, et quidem in Galliae Eccleſiis?*

40. *Quinam Eccleſiis Hiſpaniarum eodem ſaeculo, eandemque circa Diſciplinam fuerint mores?*

41. *Num quid in Germania ea de re ſcitum illo tempore fuerit?*

42. *Quid tum temporis in Oriente?*

43. *Num laudato ſaepius aeuo vſus vocis Canonicus occoeperit?*

§. XXXV.

PRIMA REDDITVVM IN ECCLESIA POTISSIMVM LATINA PARTITIO.

Praelaudata in antecedentibus bonorum Eccleſiaſticorum communio ferme perdurauit integra vſque ad ſaeculi quinti exitum. Hoc igitur vertente, *Simplicii* PP. aetate, circa annum 470. prima partitionum, lege conroborata, deprehenſa ſunt veſtigia. *Gaudentius Auſinii* Epiſcopus non ſimoniacasmodo ordinationes fecerat plures, ſed ne praeſcriptas quidem regulas ſeruauerat in redituum Eccleſiae communium diſtributione. Certior factus ejus rei Pontifex, *Seuerum* Epiſcopum delegauit, vt quarta tantum parte prouentuum gaudere ſineret Epiſcopum, quartam alteram addiceret Clero, reliquas duas partes conſimiles, pauperibus et reparationibus deſponſas, *Onagro* Presbytero committeret ſub periculo ſui ordinis eas adminiſtraturo. *a*)

§. XXXVI.

a) *Auſinium* fors *Oſanto*, qui eſt in regno Neapolitano fluuius, et inde forſitan quaedam nuncupata eſt ciuitas. Epiſtola autem tertia *Simplicii* PP. ad *Florentium*, *Equitium* et *Seuerum* in collect. Conc. Colon. impreſ an. 1567. apud *Calenium* ita habet. „ Simplicius Epiſcopus Florentio, Equitio, et Seuero Epiſcopis. Relatio nos veſtrae dilectionis inſtruxit, & geſtorum ſeries plenius intimauit, Gaudentium Auſinienſis Eccleſiae ſacerdotem contra ſtatuta canonum ac noſtra praecepta ordinationes illicitas perpetraſſe, quarum

§. XXXVI.

ALTERA PROBATIO, VNA CVM CAVSSA HVJVS PARTITIONIS.

Ad aeterna tabernacula circa annum 482. cum tranſiiſſet *Simplicius* PP. *Felixque III.* Succeſſor aetatem protraxiſſet ſuam ad annum 492. vſque, poſtremis tunc functis fatis, Pontificium inchoauit regimen *Gelaſius I.* qui eam quadripartitae ſectioris conſtitutionem innouauit. *a*) In Eccleſia igitur praecipue

 La-

illi totam penitus auſferri praecipimus poteſtatem. Scripſimus enim ad Seuerum Fratrem et Coepiſcopum noſtrum, vt. ſi neceſſe fuerit, ipſe in ſupra dicta Eccleſia conſideratis Patrum regulis hoc fungatur officio, quo ille abuſus eſſe, conuictus eſt, ita, vt hi, qui illicite ab eodem ſunt prouecti, ab eccleſiaſticis miniſteriis ſint remoti. Simul etiam de redditibus Eccleſiae vel oblatione fidelium, quid deceat neſcienti, nihil licere permittat, ſed ſola ei ex his quarta (al. vna) portio remittatur. Duae eccleſiaſticis fabricis et erogationi peregrinorum & pauperum profuturae, ab Onagro (al. Bonagro) Presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: Vltima inter ſe Clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. At vero miniſterium Eccleſiae, quae alimenta comperimus, reparare praeſumtor, praedicti fratris compellatur inſtantia, cui etiam hoc ſpecialiter praecipimus imminere, vt tres illas portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantummodo vindicaſſe, reſtituat. Data III. (al. IV.) Kal. Decemb. poſt Conſulatum Leonis Auguſti. „ Pars hujus decreti refertur can. De *Redditibus* 28 C. XII. q. 2.

a) Apud *Gratianum.* can. *Quatuor* 27. C. XII. q. 2.

Latina partitio haec lege ſua conſtabilita eſt, non ſine noua, ſed neceſſaria juris antiqui remiſſione, quo videlicet obuiam iretur auaritiae Epiſcoporum quorundam et Clericorum cupiditati. Frequentia enim vero ex veterum hiſtoriis recenſere facillimum foret exempla,

„ Quatuor autem tam de reditu, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet Eccleſiae facultas admittit (Sicut dudum rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones: quarum vna ſit Pontificis, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. „ Cet. Vid. ibi. Quae ſtatuta *Gelaſius* variis quoque litteris roboratum ibat, addens, vni Epiſcopo quartam omnium prouentuum partem adſignaui, quod hoſpitibus ille et captiuis opitulaturus ſit. En ejus verba can. *Praeſulum*. 2. C. XVI. q. 1. ex epiſt. 2. ad *Siculos*. cap. 1. „ Praeſulum noſtrorum authoritas emanauit, vt facultates Eccleſiae Epiſcopi ad regendum habeant poteſtatem: ita tamen, vt viduarum, pupillorum atque pauperum, nec non et Clericorum ſtipendia diſtribuere debeant. Hoc eis etiam ſtatuimus dari, quod hactenus decretum eſt: reliquum ſibi Epiſcopi vendicent, vt, ſicut antea diximus, peregrinorum atque captiuorum largitores eſſe poſſint. „ Cet. ad quod *Thomaſſ*. p. 3. l. 2. c. 18. n. 4. animaduertit; duplicis poſſe eſſe generis peregrinos, ſeu hoſpites: nobiliores alios, quos ſuis aedibus Epiſcopus excipiat: obſcuriores alios, qui ad pauperum diuerſoria deducerentur. Porro author eſt *Theodorus* Lector ap. *Thomaſſ*. cit., moris fuiſſe Eccleſiae *Romanae*, vt mobilia venderentur, tres portiones ex eorum pretio fierent in Eccleſiam, Epiſcopum et Clerum.

Digitized by Google

pla, vbi Oeconomorum fidei parum conſtanti, vel negligentiae Epiſcoporum, vel Clericorum rapacitati iraſcebantur pauperes, pauperumque flagrantiſſimi Defenſores. Id eo minus videtur tolerari poſſe, quo plus cognitum erat, quod ex primaeuis et antiquiſſimis Eccleſiae inſtitutionibus omnes illius prouentus patrimonia ſint pauperum, quod ex iis nihil prorſus adtingerent Clerici et Epiſcopi, niſi pauperes eſſent. Quod vt ne tum quidem, niſi qua pauperes ſobietate adtingerent: quo, vt patrimonio pauperum parcerent, non pauci eorum manibus operarentur, unde victitarent: quod complures eorum quum primum ordinatione clericatu initiabantur, ſuas Eccleſiae dicarent haereditates; quod non nulli eorum communis vitae ſocietate cum Epiſcopo vincirentur.

§. XXXVII.

INITIVM ALTERIVS, VIDELICET ETIAM FVNDORVM, PARTITIONIS.

Verum non partitio modo reddituum, ſed et fundorum caepta eſt ad ſaeculi ſexti auſpicia, quamuis non ea quadripartita aut tripartita ratione, qua redditus ipſi fuerant diuiſi. Partitio iſtiusmodi magis hodiernae beneficiorum oeconomiae adſimilatur, quam illa redituum, dum nempe Clericis non paucis ad modum praebendae praedia illa relinque-

querentur in vſum fructum, quin Epiſcopus perceptorum inde fructuum amplius eſſe diſpenſator velit, ſed totum, quod inde perceptum eſt, ſalvo Eccleſiæ jure beneficiario illi in ſtipendium adtribueretur clericale. Equidem quid conſimila ex *S. Chryſoſtomo* (§.28.) ſupra proferebamus, attamen non vſquequaque illud clarum ac apertum redditum eſt: ac forſitan vetuſtiorem ſaeculo hoc ſexto fuiſſe eum vſum conjicere quis poſſet; aſt necdum vlli eum canones, aut luculentiora Pontificum decreta commendabant. Itaque quamuis olim ferret lex inconcuſſa vetuſtiſſimae Eccleſiarum diſciplinae, vt nec ab ordine beneficium, nec viciſſim ordo a beneficio disjungeretur, mutationem tamen nunc ſubiret, quum aequitas Epiſcopis perſuaſiſſet, bene meritos de Eccleſia Clericos agrorum fundorumque munificentia proſequi, vel largioribus tantum donationibus conſolari: atque ea ratione ordinatio a beneficii conlatione coepta eſt diſcriminari. Exemplum primae hujus partitionis ſubpeditat nobis *Symmachus* PP; qui an: 498. Petri Cathedram conſcendit. *a*) De vlteriori tamen tum reddituum, tum

a) Ap. *Baron.* Annal. Eccleſ. tom. 6. ad an. 502. n. 36. ibi. „ Hoc eodem anno ſub Conſulatu videlicet Probi, Auieni Collegae, data reperitur Symmachi PP. epiſtola ad Caeſarium Epiſcopum: ejus plane nominis Antiſtes his temporibus .... regebat Eccleſiam Arelatenſem. .. Conſuluerat more majorem Caeſarius Symmachum de non-

Digitized by Google

tum fundorum partitione, atque diſpertiendi facultate prius, quam dicatur, antea de illa, quae in conſtituendis miniſtris ſeu beneficiariis Epiſcopis competit poteſtas, differendum eſt in hoc ſaeculo ſexto.

nullis, quae ex reddita ad ipſum Symmachi epiſtola nota fiunt: et inprimis illud, ne poſſeſſiones Eccleſiae diſtraherentur, niſi forte Clericis, vel Monachis, aut peregrinis conceduntur ad tempus, reuerſurae eaedem ad Eccleſiam. Ex quibus potes intelligere, ſi conſideras, Lector! beneficiorum eccleſiaſticorum originem: Etenim cum ſolerent Clerici ab Eccleſia per Epiſcopum menſibus ſingulis victus cauſſa meritam ſtipem accipere, vt ex S. Cypriano ſecundo tomo Annalium demonſtratum eſt; poſtea vero factum, vt aliquibus ex his Eccleſiae poſſeſſiones quoad viuerent, ab Epiſcopo concederentur, quae beneficia dici coeperunt, eoquod vt habet Symmachus in ea epiſtola, bene meritis tantummodo eas concedi liceret. Incipit autem dicta epiſtola. *Hortatur nos aequitas poſtulationis* etc. Cuſa extat inter Symmachi epiſtolas tomo primo epiſtolarum Rom. Pontificum. Sed et extat alia eodem argumento ad eundem Caeſarium data, nunquam hactenus cuſa, quam hic tibi ex Arelatenſi Codice exhibemus: ſic enim habet:

Dilectiſſimo Fratri Caeſario Symmachus.

Charitati tuae per omnes Gallicanas regiones vtendi pallii conceſſimus facultatem. Exemplum libelli: Sicut a Perſona B. Petri Apoſtoli Epiſcopatus ſumſit initium, ita neceſſe eſt, vt diſciplinis competentibus ſanctitas veſtra ſingulis Eccleſiis, quod ob-

obſeruare debeant, euidenter oſtendat. In Galliae ſiquidem Prouincia ab aliquibus Perſonis praedia eccleſiaſtica diuerſis titulis alienantur, ita fit, vt quis pro ſuo arbitratu deuota mente relinguentium, et egentium neceſſitatibus deputatas imminuat facultates. Hoc poſtulamus, vt fieri probibeat Sedis Apoſtolicae authoritas, niſi forſan aliquid pietatis intuitu monaſteriis fuerit largiendum.

Alia huc facientia deſcribere omiſi. Clariora ex *Symmacho* ſunt relata can. *Poſſeſſiones* 61. C. XVI. q. 1. „ Poſſeſſiones igitur, quos vnusquisque Eccleſiae propriae dedit aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis, atque diſtractionibus, vel ſub quocunque argumento non patimur, niſi forſitan aut *Clericis* bonorum meritorum, aut Monaſteriis Religionis intuitu, aut certe peregrinis, (ſi neceſſitas largiri ſuaſerit) ſic tamen, vt haec ipſa non perpetuo, ſed temporaliter perfruantur „ Apud *Crabbe* tom. 1. fol. 144. „ His ergo perpenſis manſuro cum Dei noſtri conſideratione decreto, ſancimus, vt nulli Apoſtolicae Sedis Praeſuli a praeſenti die (donec diſponente Domino catholicae fidei manſerit doctrina ſalutaris) liceat praedium ruſticum, quantaecunque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis ſub perpetua alienatione vel commutatione ad cujuslibet jura transferre. Nec cujusquam excuſentur neceſſitatis obtentu, quippe cum non ſit perſonale, quod loquimur, nec aliquis Clericorum vel Laicorum ſub hac occaſione tueatur. Sed nec in vſum fructum rura aliquibus dare liceat, nec data retinere praeter Clericos, et captiuos, et peregrinos, ne malae tractationis miniſtretur occaſio, cum liberalitati illi alia itinera reſeruentur „ Ref. can. *non liceat* 20. C. XII. q. 2. Aſt ibi hujus quarti capitis,

§. XXXVIII.

PENES QVEM HOC SAECVLO VI. CONSTITVENDI BENEFICIARIOS, SEV ECCLESIAE MINISTROS PERSTITERIT POTESTAS?

Dum ordo nunc nos ad ſaeculum VI. prouocat, antea quam quid officii in ſuſtentando Clero exercitum in Eccleſia fuerit, videamus: prius tamen quid juris in ordinando vſurpatum fuerit, diſpiciendum. Sed et iſto aeuo Epiſcopi Conlatores erant ordinarii et vniuerſales omnium beneficiorum. Hac in re nos inſtruit Concilium *Agathenſe a*) et *Turonenſe* II. *b*) Reticeo alia plura ſtatim infra adferenda, dum

pitis, ceterorumque ſequentium non verba ſingula, ſed ſumma duntaxat recenſetur. Idem praeſtitit *Fleurius* L. 30. §. 44. H. E. Perſpicimus ergo illic, praebendas Clericis et coenobiis ex vſu et redditibus praediolorum, imo et Laicis peregrinis grâui neceſſitate conflictatis conceſſas, quibus gratificari poterant Epiſcopi.

a) De anno 506. *Agde* in Occitania inferiore vrbs eſt Galliae; ac canon 23. ſic habet. „ Si officium Archidiaconatus propter ſimpliciorem naturam implere, aut expedire nequiuerit, illo loci ſui nomen teneat, et ordinationem Eccleſiae, quem *elegerit Epiſcopus*, praeponatur. „ Ref. can. *Epiſcoporum* 5. D. 74. Igitur in poteſtâte Epiſcopi fuerat poſitum, Archidiacono defungendis ſuis functionibus minus idoneo Vicarium adjungere.

b) Concil. *Turonon*. II. de an. 566. can. 7. „ Epiſcopus nec Abbatem, nec Archipresbyterum de

dum de ſuſtentando Clero ſermo redibit, quo in argumento ſimul praeſens adſertum commonſtratur.

§. XXXIX.

PENES QVOS, ET QVA RATIONE TVM REDDITVVM, TVM FVNDORVM DISTRIBVENDORVM, ET CONSEQVENTER SVSTENTANDI CLERI FVERIT FACVLTAS, ET QVIDEM IN GALLIAE ECCLESIIS?

Eodem autem hoc ſaeculo ſexto, velut ſumma penes SS. Præſiles erat adſcribendi in Clericorum album poteſtas, ita et principalis penes eosdem manebat in regendis et diſpenſandis rebus facultas, ea quidem ratione, vt non ita Domini, quam fideles atque beneuoli audirent diſpenſatores, SS. Canonibus ac legibus ſtabiliti. Reddituum nempe eccleſiaſticorum pars quarta Clericis obuenit im-

loco ſuo praeſumat ejicere, neque per praemia alium ordinare, niſi facto Concilio tam Abbatum, quam Presbyterorum ſuorum. Quem autem culpa aut negligentia ejicit, cum omnium Presbyterorum Concilio refutetur. „ *Crabbe* tom. 2. f. 71. Deponi hic vetatur, niſi in ſynodo. Noui tamen Abbatis, aut Archipresbyteri creationem ab hoc permiſſam fuiſſe Concilio Epiſcopis, colligi poſſe videtur. Haut tamen abnuimus, facultatem Abbates, Abbatiſſasque eligendi, non paucis jam tum coenobiis fuiſſe impertitam. Neque heic vltra commorandum, quod diſſerere de Regularibus, a praeſtituto nobis fine aberret.

impertienda, non ita tamen, vt definita cuilibet beneficio, velut hodierni habent mores, ac fixa, ſtabilisque obtingeret portio, ſed partitio fiebat pro ordine et labore Clericorum, pro moribus Eccleſiae, pro Epiſcopi arbitrio. Erat Judicii, arbitriique Epiſcoporum, vt aeſtimatione facta diligentiae, operae, et pietatis eorum, prouentus, diſtributionesque amplificarent, vel imminuerent. Morem Eccleſiarum *Italiae*, *Romanae* praeſertim, ſecutae Eccleſiae Galliarum id dilucidant; atque vel maxime illud praeſtant Concilia *Agathenſe a*) *Aurelianenſe I. b*) *Epaonenſe c*) *Aurelianenſe III. d*) et IVtum. *e*)

§. XL.

a) De *Agathenſi* (V. § 88.) can. 2. „ Si Eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita vt cum eos poenitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum dignitatemque recipiant „. Expungi heic cernimus immorigeros Clericos ex bonorum matricula, atque ſtatuta pro extraneis portione magis jejuna coerceri. Extranei ſiqui absque formatis ſui Epiſcopi litteris accederent, aliquo ſaltim ob ordinis eccleſiaſtici honeſtatem donabantur ſolatio, ſed non aequabantur. Cum his diſcoli intranei partem ſumere ſunt coacti. Can. 7 „ Caſellas vel mancipiola Eccleſiae Epiſcopi (ſicut priſca canonum praecepit authoritas) vel vaſa miniſterii quaſi commendata fideli praepoſito, integro Eccleſiae jure poſſideant, id eſt, vt neque vendere, neque per quoscunque contractus res, vnde pauperes viuunt, alienare praeſumant „ Ref. can. *Caſellas* 1. C. X. q. 2. Idem ca-

canon circa finem. „ Minuſculas vero res, aut Eccleſiae minus vtiles peregrinis vel Clericis, ſaluo jure Eccleſiae, in vſum praeſtari permittimus „ Can. 22. „ Et licet ſuperfluum ſit de re nota, et antiquis canonibus prohibita, aliquid iterato definire; attamen quo facilius cupiditas, aut improbitas reprimatur, id ſtatuimus, quod omnes canones jubent, vt Ciuitatenſes, ſive Dioeceſani presbyteri, vel Clerici, ſaluo jure Eccleſiae, rem Eccleſiae, *ſicut permiſerunt Epiſcopi*, teneant; vendere autem aut donare penitus non praeſumant. Quodſi fecerint, vel fecerunt, et facta venditio non valebit, et de facultatibus (ſiquas habeant proprias) indemnem Eccleſiam reddant, et communione priuentur „ Ref. can. *Statuimus* 32. C. XII. q. 2. Can. 36 „ Clerici etiam omnes, qui Eccleſiae fideliter, vigilanterque deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitii ſui meritum vel ordinationem canonum a *Sacerdotibus* conſequantur. „ Decantatum autem eſt, ea aetate per *Sacerdotes* intellectos fuiſſe *Epiſcopos.* Ref. can. *Clerici* 10. C I. q. 2 can. 45. „ Diaconi vel Presbyteri in parochia conſtituti de rebus Eccleſiae ſibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare, quia res ſacratae Deo eſſe noſcuntur. Similiter et *Sacerdotes* nihil de rebus Eccleſiae ſibi commiſſae (vt ſuperius comprehenſum eſt) alienare praeſumant. Quodſi fecerint, conuicti in Concilio et ab honore depoſiti de ſuo aliud tantum reſtituant, quantum viſi ſunt praeſumſiſſe. Sane ſiquis pro qualibet conditione de rebus Eccleſiae aliquid alienare praeſumſerit, ſi de ſuo proprio tantum Eccleſiae contulerit, quantum viſus eſt abſtuliſſe, iſtud ſtare licebit. „ Ref. can. *Diaconi* 35. et can. *Siquis* 56. C. XII. q. 2.

b) Conc. *Aurelianenſe* I. (Orleans) de an. 511. *Clodouaeus*

douaeus Rex *Francorum* an. 496. Sacro baptiſmatis lauacro *Rhemis* regeneratus, Epiſcopos varia conſultaturus, *Aureliani* juſſerat Concilium congregari; in quo, quod bona adtingit Eccleſiae, obtenta a Regis munificentia canonibus firmantur ſacris: Epiſcopi eſſe, bonorum eorum atque fundorum in ſe ſuſcipere adminiſtrationem, ſiue fundi Eccleſiae Matrici, ſiue Parochiis donati deprehenderentur; atque cetera, quae ex canonibus patula fiunt; quaeque a Regis authoritate conroborata ſunt; de quo *Fleurius* H. E. Lib. 31. §. 8. Habet vero can. 7. „ De obligationibus vel agris, quos Dominus noſter Rex Eccleſiae, ſuo munere, conferre dignatus eſt, vel adhuc non habentibus, Deo ſibi inſpirante contulerit, ipſorum agrorum, vel Clericorum immunitate conceſſa id eſſe juſtiſſimum definimus, vt in reparationibus Eccleſiarum, alimoniis Sacerdotum et pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorum, quid quid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, et Clerici ad adjutorium eccleſiaſtici operis conſtringantur. Quodſi aliquis Sacerdotum, ſeu minoris officii ad hanc curam minus ſollicitus fuerit, ac deuotus extiterit, publice a Comprouincialibus confundatur. Quodſi nec ſub tali ſe confuſione correxerit, donec emendet errorem, communione fratrum habeatur indignus, minores vero, vt dignum eſt, diſtringantur. „ Can. 16. „ Antiquos canones relegentes, priora ſtatuta credimus renouanda, vt de his, quae in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem Epiſcopus ſibi vendicet, et medietatem ſibi diſpenſandam ſecundum gradus Clerus accipiat, tam de praediis propriis, quam de omni commoditate in Epiſcoporum poteſtate durantibus „ Ref. can. *Antiquos* 8. C. X. q. 1. Can. 17. „ De his, quae parochiis in terris, vineis, mancipiis atque peculiis quicunque fideles obtu-

lerint

lerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in Epiſcopi poteſtate conſiſtant. De his tamen, quae in altario acceſſerint, tertia fidelium Epiſcopis deferatur „ Huc usque refertur cit. C. X q. 1. can. *de his* 7. Ex Decreto Iuonis vero lib. 2. additur. „ Duae Clericis: decimae autem ſecundum quosdam ſingulis annis tertia pars, aut in tertio tota; ſed tamen nos ſequentes Romanos ſingulis annis quartam partem, aut in quarto anno totam Epiſcopi recipiant „ Item can. 25. „ Si Epiſcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas, vel terrulas Clericis vel Monachis praeſtiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam ſi longa tranſiiſſe annorum ſpatia comprobentur, nullum Eccleſia praejudicium patiatur, nec ſaecularis legis praeſcriptio, quae Eccleſiae aliquid impediat, opponatur. Ref. can. *Si Epiſcopus* 12. C. XVI q. 3. Ex quibus omnibus luculenta ſatis argumenta depromuntur de ſupereminenti Epiſcoporum tum conferendorum ordinum, tum bonorum, reddituum, fundorum in Clericos, quibus hi vitam tolerarent ſuam, diſpertiendorum authoritate. Eundem vero morem fuiſſe toto in Occidente, qui ſe *Romanae* Eccleſiae conſuetudinibus adcommodauit, non diſcimus ſolum ex canone ſeptimo decimo adducto, ſed et ex arctiore reliquarum cum *Romana* Eccleſiarum nexu ac communione. Sciſcitabatur, vt ſupra memoratum iuimus, ex Epiſcopis *Clodouaeus*, quid ſtabiliendum, atque per leges etiam regias conroborandum ſit in Eccleſiae diſciplina, atque eo auidius SS. Praeſulum praeſtolobatur judicium, quo magis ſibi recenter conuerſo Eccleſiarum, religionisque ſalus et incolumitas cordi erat, vtputa, qui plurimas tum exſtrui Eccleſias fecit, tum alias locupletauit, nec non edita lege ſubditos omnes ad verae Religionis amplexum animauit, excitauitque, vnicus aeui ſui Catholicus

Prin-

Digitized by Google

Princeps, *Anaſtaſio* Imperatore *Eutichianis* fauente, *Thraſamundo Vandalorum in Africa, Theodorico Oſtrogothorum in Italia, Alarico Viſigothorum in Hiſpania, Gundebaldo Burgundiorum* Regibus, iniquo *Arianae* haereſeos fermento infectis. Porro citatis in canonibus dilucidum fit, conceſſiones, in poteſtate poſitas Epiſcopi, perpetuas et irreuocabiles nondum extitiſſe; atque deponente mortalitatis exuuias beneficiario, eos fundos Eccleſiae ſuae recuperabat Epiſcopus, quin in ſucceſſores vllos traducere eosdem teneretur.

a) Concil. *Epaonenſe* circa an. 517. indubie *Sigismundo Burgundiorum* Rege tum conſenſum, tum authoritatem ſuam ei impertiente, atque eo libentius heic memorando, quod illud ad Germaniae ſacros conuentus ab Conciliorum Collectoribus reducatur. Vid. tom. 2. CC. G p. 681. *Epaona* autem non longe abeſt ab *Agauno (S. Maurice)* et coenobio S. *Mauritii* in *Burgundiae* regno, et *Valliſia*. Noſtris diebus Epiſcopo *Sedunenſi* (Sitten) inter *Heluetos* Principi ſubeſt; qui usque modo S. R. I. Princeps audit, qualis ante *Heluetorum* ab Imperio ſeceſſionem fuerat inſignitus. *Epaona* vel *Epona* nunc tenuis vicus in *Sabaudia* ad *Rhodanum*, *Jenna (Yenne*, ſeu *Jenne*, in Dioeceſi *Bellicenſi, Bellai)* in extremo *Lugdunenſis* dioeceſis limite: ingentes ibi domorum ruinae, toto pene agro obcurrentes, amplae olim vrbis reliquiae conſpiciuntur. In dicta igitur ſynodo, excepto vſu fructu vel proprietate ſaecularium fundorum priori, Eccleſiae fundi a Clerico jubentur reſtitui. Bene videlicet meritis tributi fuere iſtiusmodi vel Epiſcopi teſtamento, vel inaugurationis tempore. Conceſſiones eae *precatoriae* compellabantur, idipſum innuente eodem Concilio. Can. 14. ſic legitur „ Quisquis Clericus aliquid de munificentia Eccleſiae, cui ſeruierat, adeptus ad ſummum

ſacerdotium alterius ciuitatis eſt aut fuerit ordinatus, quod dono accepit, vel acceperit, reddat; quod vſu, vel proprietate ſecundum inſtrumenti ſeriem probabitur emiſſe, poſſideat „ Can. 18. „ Clerici, quod etiam ſine precatoriis, qualibet diuturnitate temporis de Eccleſiae remuneratione poſſederint, cum authoritate Domini glorioſiſſimi Principis noſtri (erat is Sigismundus Burgundiae Rex) in jus proprietarium praeſcriptione temporis non vocetur, dummodo pateat Eccleſiae rem fuiſſe: ne videantur etiam Epiſcopi adminiſtrationis prolixae, aut precatorias, cum ordinati ſunt, facere debuiſſe, aut diu tentas Eccleſiae facultates proprietati ſuae poiſſe tranſcribere „

d) Concilium *Aurelianenſe* III. de an. 538. ſub *Childeberto* R. Can. 5. Siquae obligationes in quibuslibet rebus atque corporibus collectae fuerint, Baſilicis in ciuitatibus conſtitutis, ad poteſtatem Epiſcopi redigantur. Et in ejus ſit arbitrio, quid in reparatione Baſilicae aut obſeruantium ibi ſubſtantiae deputetur. De facultatibus vero parochiarum vel Baſilicarum in pagis ciuitatum conſtitutis ſingulorum locorum conſuetudo ſeruetur. „ Ex quibus facile colligimus, eam in quatuor partes diuiſionem non ita fuiſſe vniuerſalem, vt eidem vbique mos haberetur; ſed reſpectum fuiſſe ad peculiares ſaepe locorum conſuetudines, principali tamen poteſtate continuo apud Epiſcopos permanente.

e) Concil. *Aurelian.* IV. De an. 541. *Childeberti Francorum* R. tempore; de cujus in laudatum modo Concilium conſenſu eo minus dubitationi locus eſſe valet, quo magis perſpectum eſt, teſte *Fleurio* H. E. L. 33. §. 15. illud ex omnibus Epiſcopis trium *Franciae* regnorum, cunctarumque

que *Galliae* Prouinciarum (ſi *Narbonenſem* primam, quae tum adhuc *Gothis* parebat, exceperis) praeſentibus, conſtitiſſe. Adſeuerant autem in eo Patres, omnes fundorum conceſſiones vel verbo, vel ſcriptura datas fuiſſe; atque eorundem fundorum Clericis concedendorum facultatem ſacris Praeſulibus propriam fuiſſe cognitam. Can. 18. „ Vt quicunque Clericus aliquid de jure eccleſiaſtico ſeu Verbo, ſeu ſcriptura acceperit ad vtendum; et poſtmodum alienare quacunque occaſione voluerit, non valebit, quia ſecundum Canonum inſtituta proprietatem Eccleſiae non violat quaelibet longa poſſeſſio, ſed in Pontificis poteſtate conſiſtat, qualiter pro conſeruando jure eccleſiaſtico rem poſſeſſam inter Clericos debeat communicare „ Can. 24. ſiquis Clericus aut Laicus ſub potentium nomine atque patrocinio res ad jus Eccleſiae pertinentes contemto Pontifice petere, ſeu poſſidere praeſumſerit, primum admoneatur, quae abſtulit, ciuiliter reformare, aut certe judicium ſacerdotis, ſeu Judicis experiri, (al. operiri) vt poſcit ſacra religio. Quodſi in peruerſionis pertinacia ſubſiſtit, tam diu ab Eccleſiae liminibus arceatur, donec cum ſatisfactione juſtiſſima peruaſa aut occupata reſtituat. „ Can. 33. ſiquis agellum Eccleſiae ſuae in die vitae ſuae a quocunque *Sacerdote*, cui *poteſtas eſt*, acceperit poſſidendum; quaecunque ibi profecerint, alienandi nullam habeat poteſtatem, nec ibi Parentes ſui ex ea re aliquid exiſtiment vindicandum. „ Ceteros huius Concilii Canones breuitas jubet ſilentio praeterire; vt ſunt can. 34. 35. ſeqq. Varia quoque hoc in Concilio obcurrunt Juris Patronatus laici in *Occidente* veſtigia: v. g. Can. 19. 32. etc. V. Tom. 2. *Crabbe* fol. 68.

Digitized by Google

§. XL.

QVINAM ECCLESIIS HISPANIARVM EODEM SAECVLO, EANDEMQVE CIRCA DISCIPLINAM FVERINT MORES?

Eadem vero viguerat in *Hiſpaniarum* Eccleſiis diſciplinae oeconomia. Id quod commonſtrat Concilium *Toletanum II.* Regiminis habenas gerente *Amalarico Viſigothorum* in *Hiſpaniis* Rege. *a*) Poſtea, dum *Galaeciae Hiſpaniarum* imperitabat *Ariamirus* (idem cum *Theodomiro* creditur) Concilium I. *Bracarae* ab Archiepiſcopo *Braccarenſi Lucretio* cogeretur, de Eccleſiae bonis decernebatur. *b*) Plus vero lumi-

a) Circa annum 531. ibi. Can. 4. „ Siquis Clericorum agellos vel vineolas ſeu alia aedificia in terris Eccleſiae ſibi feciſſe probatur, ſuſtentandae vitae ſuae cauſſa, vsque ad obitus ſui diem poſſideat. Poſt ſuum vero de hac luce deceſſum juxta priorum canonum conſtitutiones jus ſuum Eccleſiae ſanctae reſtituat; nec teſtamentario, aut ſucceſſorio jure cuiquam haeredum aut prohaeredum relinquat, niſi forſitan, cui Epiſcopus pro ſeruitiis ac praeſtatione Eccleſiae largiri voluerit „

b) De anno 563. circ. can. 25. „ Item placuit, vt de rebus eccleſiaſticis tres aeque fiant portiones, id eſt, vna Epiſcopi, alia Clericorum, tertia in reparatione, vel in luminaribus Eccleſiae De quarta parte ſiue Archipresbyter, ſiue Archidiaconus illam adminiſtrans Epiſcopo faciat rationem. „ *Braccara* ſeu *Braga* Metropolis eſt Prouinciae entre Douro y Mirho in Luſitania, ſede gaudens Archiepiſcopali.

luminis adfundit annus quingenteſimus ſeptuageſimus ſecundus, quo poſt habitum Concilium *Braccarenſe II.* Epiſcopi Prouinciae *Lucenſis a)* in ſynodum coivere, atque Rex Dioeceſium diuiſionem tunc ſecunda vice ſtabilitam roborauit, praeſidente *Nitigio Lucenſi* Praeſule. Eidem *Nitigio S. Martinus Braccarenſis b)* ſuam Canonum collectionem inſcripſit, qua ex Collectione in rem noſtram inſigniter faciunt varii Canones heic non praetermitten-

F 3

a) *Lugo*, Lacus *Auguſti*, *Galliciae* ciuitas.

b) Is idem cum S. *Martino Turonenſi* natale ſolum, *Pannoniam*, nactus fuerat. In Orientem ad loca Chriſti ſacroſancto cruore intincta profectus, indeque redux non ſine multa eruditionis ſuppellectili, atque Orientalium diſciplinam edoctus, inter praeſtantiores aeui ſui viros merito connumeratus, *Suenis Galaeciam* incolentibus fidem veram, mundum abnegantibus clauſtra, fidelibus libros ad excolendam pietatem conſcriptos, ceteris varias epiſtolas in ſuſcepta recenter Religione firmantes dedit. Inter cetera, quae exurgere fecit, monaſteria praecipuum reputatur *Dumienſe*; a quo et ipſemet nomen ſortitus eſt, nuncupatus *Martinus Dumienſis*. Regulae *Benedictinae* in *Hiſpania* ampliſſimum domicilium conſecutae, facile Princeps eſt Author. Anno fors 580. feliciter quieuit. V. *Fleur.* H. E. L 34. ſ. 19. Ideo autem ejusdem pluribus meminiſſe, oportunum viſum eſt, quod ſua ob Capitula in Jure Canonico nomen adquiſierit; quae non infrequenter in *Gratiani* Decreto ſub voce *capitula Martini Papae* viſuntur.

Digitized by Google

mittendi. *a*) His omnibus ſubfragatur Concilium *Toletanum III*, Cujus in Canonibus duplicis generis obcurrit Praebendarum diſcordantia. De aliis legitur, *Firmum maneat*, quae videlicet ad Matricem Eccleſiam nunquam reuocantur: de aliis *ſaluo jure Eccleſiae*: atque has

a) Canonibus recenſendis Collectionis praefationem praemittamus, qua perſpicuum redditur, quam curate *Martinus Hiſpaniarum* Eccleſiae Diſciplinam voluerit Orientali ſimul conformem. „ Domino meo Beatiſſimo, atque Apoſtolicae ſedis honore ſuſcipiendo in Chriſto Fratri Nigerio (al. Nitigio) Epiſcopo, vel Vniuerſo Concilio Lucenſis Eccleſiae Martinus Epiſcopus. Canones ſancti, qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus conſtituti ſunt, graeco prius ſermone conſcripti ſunt. Et quia difficile eſt, vt ſimplicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam, ſimulque et illud accidit, vt in tantis temporibus ſcriptores aut non intelligentes, aut dormitantes multa praetermittant, et propterea in ipſis Canonibus aliqua ſimplicioribus videantur obſcura, ideo viſum eſt, vt cum omni diligentia et ea, quae per ſcriptores ſunt immutata, ſimplicius et emendatius reſtaurarem, id primum obſeruans, vt illa, quae ad Epiſcopos, vel vniuerſum Clerum pertinent, vna in parte conſcripta ſint, ſimiliter et quae ad Laicos pertinent, ſimul ſint adunata, vt de quo Capitulo ſcire aliquis voluerit, poſſit celerius inuenire. „ Sequuntur Canones in rem noſtram. Can. 15. „ Quae ſunt Eccleſiae, conſeruari cum omni diligentia, et bona conſcientia et fide Dei (qui omnia videt et judicat) gubernari oportet cum *judicio et poteſtate Epiſcopi*, cui et omnis populus et Congregatio commiſſa eſt animarum. Mani.

Manifeſta autem debent eſſe, quae ad Eccleſiam pertinent, in Conſcientia eorum, qui circa Epiſcopos ſunt, (En conſilium aliorum Clericorum) Presbyter et Diaconus, vt hi omnes ſciant, quae ſunt Eccleſiae propria. Vt ſi Epiſcopi contigerit inopinatus tranſitus, eos nihil latere poſſit ex his, quae ad Diſciplinam pertinent, vt nullo modo poſſint minui et perire. Neque res propriae Epiſcopi debent importunitatem pro rebus Eccleſiae pati. Dignum vero et juſtum eſt apud Deum et homines, vt ea, quae Epiſcopi propria ſunt, cui voluerit, derelinquat, et quae Eccleſiae ſunt, eidem conſeruentur Eccleſiae, vt nec Eccleſia patiatur damnum, neque Epiſcopus pro rebus Eccleſiae in ſuis proſcribatur, ne poſt ejus obitum in cauſſas incidant, quia ad eum pertinent, nec ipſe in maledictum incidere videatur.„ Ref. can. *Manifeſta* 20. C. XII. q. 1. Concordat cum canone 40mo Apoſt. Can. 16. Epiſcopus habeat poteſtatem in rebus Eccleſiae, vt diſpenſet neceſſitatem habentibus cum omni reuerentia et timore Dei. Participare etiam eum oportet, quae neceſſaria ſunt, ſi tamen ipſe, aut qui cum eo ſunt fratres, indiguerint aliquo, vt neceſſitatem nullo modo patiantur, ſecundum Apoſtolum dicentem, victu et tegumento his contenti ſumus. Si autem res eccleſiaſticas Epiſcopus in ſuas voluntates vſurpare voluerit, et lucra (al. loca) Eccleſiae, et fructus agrorum non cum Presbyterorum vel Diaconorum conſilio contaminauerit, aut fratribus, vel filiis, vel quibuscunque propinquis ſuis dederit poteſtatem, vt per eos latenter laedantur res Eccleſiae, hunc oportet obnoxium eſſe concilio. Similiter Epiſcopus, vel qui cum eo ſunt, Presbyteri, aut Diaconi accuſentur, quia quae vel ex redditu, vel ex quolibet actu Eccleſiae veniunt, in ſinus ſuos colligunt, et pauperes fraudant, et fame conficiunt; hos enim corripi oportet,

has reuocari, natum eſt. Monaſteriis vel Parochiis igitur adquirenda cum conſenſu Concilii, ſeu Capituli, ne quid detrimenti Eccleſia patiatur Cathedralis, concedantur; quae profecto de Eccleſiarum *fundis* intelligenda ſunto. *a*) Eum autem in finem conuocari juſſit *Toleti* hoc Concilium *Recaredus* Rex, vt conuerſos recenter *Gothos* in vera fide conſtabiliret. (*b*

§. XLI.

NVM QVID IN GERMANIA EA DE RE SCITVM ILLO TEMPORE FVERIT?

De hac noſtra *Germania* magna, quum necdum Evangelii Lux ſalutaris illis populis

tet, ſecundum quod ordinatum fuerit a Sancto Concilio.,, Ref. can. *Epiſcopus* 7. C. X. q. 1. In his vero attende ſis, vt ne decreta *Martini* PP. confundas cum *Martini Braccarenſis* ſanctionibus.

a) De an. 589. Haec ſynodus nulli Epiſcoporum licentiam tribuit res alienare Eccleſiae, quoniam et antiquioribus canonibus hoc interdicitur. Si quid vero, quod ad vtilitatem Monachorum vel Eccleſiis ad ſuam parochiam pertinentibus conceſſerint, firmum maneat. Peregrinorum vel Clericorum et egenorum neceſſitati, ſaluo jure Eccleſiae praeſtare permittuntur pro tempore, quo potuerint. En! Can. 4 ,,Si Epiſcopus vnam de parochianis Eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio uiuat, hoc de Concilii ſui (Capituli) habeat licentiam faciendi. Qui etiam ſi de rebus Eccleſiae pro eorum ſubſtantia aliquid, quod detrimentum Eccleſiae non exhibeat, eidem loco donauerit, ſit ſtabile. Rei enim bonae ſtatuendae S. Concilium dat Conſenſum.,,

b) *Fleur.* H. E. l. 34. §. 56.

Digitized by Google

lis adfulſerat, nihil heic adterrivalet, quod Eccleſiae circa beneficiorum oeconomiam poſſet inluſtrare. Id ſolum cognitum eſt, rogatum fuiſſe ab *Auito Viennenſium* in Gallia Epiſcopo *Clodouaeum* Regem, vt ad gentes Transrhenanas *Francorum* in *Gallias* ex *Germania* exundantium quaſi reliquias, natiuae ſuae ignorantiae tenebris circumuolutas mitteret legatos, qui operam darent, qua Principes eorum, ceterique ad veri Dei agnitionem emollirentur, ac ſcientiae ſalutaris Magiſtros, Preconesque toleranti animo ſuſciperent. *a)*

§. XLII. QVID TVM TEMPORIS IN ECCLESIA ORIENTALI?

Ex Orientali Eccleſia non admodum ſuperſunt, quae huc faciant. Plurimi tamen momenti fuerant Imperatorum *Leonis* in Oriente, et *Anthemii* in occidente leges de anno 470. quas et poſtea ſuo inſeruit Codici *Juſtinianus* Imperator anno 527. imperio potitus. *b)* *Juſtiniani* conſtitutum *c)* ex quo jus quodpiam ſiue in reliquo Clero, ſiue in populo in minoribus ordinationibus beneficiisque reſediſſe, ſecluſo Epiſcopo, fors quis exiſtimauerit, facile explicatur per hoc, quod illi intercedere poterant, ſiquid ibi contra canones et Eccleſiae regulas peccaretur.

F 5 §. XLIII.

a) Fleury H. E. Lib. 30. §. 46.

b) L. *Jubemus* 14. C. de SS. Eccleſiis §. 5. circ. fin. „Si quando igitur Vir Religioſus Oeconomus

hujus regiae Vrbis Eccleſiae perſpexerit, expedire, ut deſideranti cuiquam certarum poſſeſſionum atque praediorum (vrbanorum ſcilicet, ſiue ruſticorum) ad jus eccleſiaſticum pertinentium temporalis vſus fructus poſſeſſio pro ipſius petitione praeſtetur, tunc ejus temporis, quod inter utrosque conuenerit; ſiue in diem vitae ſuae ab eo, qui deſiderat, poſtuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat oeconomus, atque conſcribat: per quae et tempus, intra quod hoc praeſtari placuerit, ſtatuatur, et manifeſtum ſit, quod quisque acceperit ab inuicem hujusmodi beneficii gratia; praeſtando quidem eccleſiaſtici praedii pro tempore vſum fructum: poſt ſtatutum autem tempus et placitum, ipſorum redituum proprietate ad dominium et jus eccleſiaſticum recurrente finiatur: ita ſcilicet, ut ſiue completo ſpatio, quod fuerit inter eos conſtitutum, ſiue mortis ſuae tempore (ſi hoc quoque conuenerit) is qui poſſeſſionem eccleſiaſticam et certorum redituum vſumfructum habendi gratia interueniente pacto ſuſceperit, non minus, quam alterius tantae quantitatis, quantae acceperit reditus, cum ipsorum praediorum dominio et rebus immobilibus, eorumque colonis et mancipiis Eccleſiae derelinquat. „ Cet.

t) *Nouel.* 123 c. 14. „ Si autem tempore ordinationis Clerici cujuscunque Collegii aut ordinis accuſator aliquis apparuerit, dicens, eum indignum ordinatione eſſe: differatur ordinatio, et vniuerſa procedant tam pro examinatione, quam pro multis cauſſis, quas in Epiſcoporum ordinationibus ſentimus. „

§. XLIII.

NVM LAVDATO SAEPIVS AEVO VSVS VOCIS *CANONICVS* COEPERIT?

Quum hactenus nusquam meminerim, in hiſtoria eccleſiaſtica vocem *Canonicus* aliqua ratione fuiſſe ingeſtam; primo illius mentionem feciſſe exiſtimo Concilium *Aurelianenſe III.* (§. 39.) dum in eodem de ea, qua Epiſcopi in criminoſis multandis Clericis pollent auctoritate, differitur. *a)* Obcurrit heic *Canonicorum* nomen: eo autem veniebant illi, qui Stipendiorum Eccleſiae comparticipes reddebantur; atque eam ob cauſam *Canoni* ſeu *matriculae* Eccleſiae inſcribebantur. Contradiſtincti Canonici erant ab iis Clericis, qui Oratoriis Magnatum ſpiritualem ſuam locabant operam, a quibus quoque alimoniam leuabant. Vnde abillis Oratoriis non niſi feſtis ſolennioribus recedebant, quum tum ipſos, tum Magnates eos dies cum Epiſcopo agere in Eccleſia Cathedrali oportuit. Vocari illi poterant beneficia-

a) De an: 538. can: 11 „ Siqui clerici miniſteria ſuſcepta quacunque occaſione agere, ſicut et reliqui detrectant, et excuſationem de patrociniis quorumcunque, ne officium impleant, praetendunt, ac ſacerdotes ſuos ſub hujusmodi cauſa aeſtimant per inobedientiam contemnendos, inter reliquos Clericos *Canonicos*, ne a licentia alii vitientur, nullatenus habeantur, neque ex rebus eccleſiaſticis cum *Canonicis* ſtipendia aut munera vlla percipiant. v. *Crabbe* Tom. 2. F. 49.

Digitized by Google

ficiarii ſimplices, vtputa Priuatorum Oratoriis addicti, nulli Eccleſiae *Canoni* ac *Matriculae* inſerti, niſi fors eo tenus, quo ſolennioribus feſtis Clero Cathedrali fuerint adgregati. In Concilio *Aruernenſi* ſub *Pelagii* Pontificis, et *Theodeberti Franciae* R. regimine de hoc ſtatutum quidquam legimus. *a*) Emungit hoc Concilium ex albo *Canonicorum* ſolos Priuatis Oratoriis adligatos. Inde haut difficulter eruitur, Parochos, Presbyteros, et Diaconos Parochiarum agreſtium *Canonicorum* nomine compellatos fuiſſe; atque vbi eſſent Parochiae in Ciuitate, earum Presbyteros a Ciuitatenſibus, ſeu a *Canonicis* Capituli Epiſcopalis diſtinctos minime fuiſſe. Omnes etenim, qui in ciuitate eſſent Clerici, Primae illius vrbis Eccleſiae *Canoni*, ſeu Matriculae inſerebantur.

a) Circa an: 550. can. 14. „ Siquis ex Presbyteris aut Diaconis, qui neque in ciuitate neque in Parochiis Canonicus eſſe dignoſcitur, ſed in villulis habitans, in oratorio ſancto deſeruiens celebret diuina myſteria: Feſtiuitates praecipuas, Domini Natale, Paſcha, Pentecoſtem, et ſiquae Principales ſunt feſtiuitates reliquae, nullatenus alibi niſi cum Epiſcopo ſuo in ciuitate teneat. Quicunque ſunt etiam Ciues natu majores, pari modo in urbibus ad Pontifices ſuos in praedictis feſtiuitatibus veniant. Quod ſiqui improba temeritate contemſerint, eisdem Feſtiuitatibus, quibus in Ciuitatibus adeſſe deſpiciunt, communione pellantur. „ Crabbe cit, Fol. 66.

Digitized by Google

tur. Imo et Clerici minores eo *Canonici* nomine inſigniti ſunt; quamuis enim ad cauſſas Eccleſiae tractandas non adſumerentur ab Epiſcopo, niſi Presbyteri et Diaconi, aliquando Presbyteri ſoli; vnde et ii praeſertim Cleri, Capituli, et Canonicorum nomine et gloria decorabantur: et Clero tamen et Canonicis ſuo modo adcenſebantur etiam Clerici minores, quod quoque in Matriculam referrentur, Eccleſiae redditibus paſcendi. Ex ſupra laudato *Aurelianenſi* tertio Concilio vltra erudimur, quod Epiſcopis nunquam non curae extiterit, hos ſuos Clericos ſeu Canonicos beneficiis cumulare, atque agris et praediis Eccleſiae ſingulis donare, quorum vſu fructu gauderent; aut agros *agris* permutare: aut eos illis omnino, ſi pro qualitate peccauerint, aufferre. Iidem Praeſules ſacri beabant ante nominatos Canonicos Parochiis, Abbatiis, etc. tum Vrbe, tum ruri; addita etiam facultate, fruendi aliqua parte reddituum Eccleſiae Cathedralis, ſi tenuiores eſſent prouentus beneficii iis conlati; quod ita tamen ne velim intelligas, quaſi facti illi fuerint Abbates commendatarii, excluſisRegularibus (erat enim ſemper clauſtralis Abbas, vel Abbatiſſa) ſed adminiſtratio exterior Monaſterii Canonico commendabatur ab Epiſcopis, et ad eum nonnihil redibat ſtipendii, tanquam ad Adminiſtratorem, vel Vicarium ab Epiſcopo conſtitutum.

tutum. *a*) Quanquam autem mera eſſet administratio, erat tamen in Titulorum ac beneficiorum numero, quod qui ea ſemel eſſent honeſtati, non poſſent a ſucceſſoribus Epiſcopi eo deſtitui, niſi ex aequa permutatione, aut legitimo in contumacem judicio: quae profecto jam tum clariora aliqua ſunt Praebendarum in Eccleſiis Cathedralibus fundamenta. CA-

a) Con. *Aurelian.* cit. Can: 17. „ De munificentiis vero Sacerdotum id obſeruandum, quod ſicut ſiquid praeſenti tempore a Clericis decedentibus munificentii habetur, vel poſſidetur, deinceps a ſucceſſoribus nullatenus auferatur, ita qui deceſſorum largitionibus gaudent, officia et Eccesiae obedientiam, et affectum ſacerdotibus praebeant. De quibus tamen munificentiis, quae praeſenti tempore ab his, ſicut dictum eſt, poſſidentur; Si pro oportunitate Epiſcopo placuerit, quod voluerit commutare, ſine accedente diſpendio in locis aliis commutetur. De muniſicentiis vero praesentibus, quas vnusquisque Clericus pro ſua gratia eorum obſequiis exiſtimat conferenda, ſicut in arbitrio dantis eſt, vt tribuere, quibus voluerit, debeat, ita ſi inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita, in arbitrio ſit praeſentis, vtrum vel qualiter debeat reuocare. „ Can: 18. „ De his vero Clericorum perſonis, quae de Civitatenſis Eccleſiae officio monaſterii vel Dioeceſis, vel Baſilicis in quibuscunque locis poſitis, id eſt, ſiue in territoriis, ſiue in ipſis Ciuitatibus ſuſcipiuntur ordinandae, in poteſtate ſit Epiſcopi, ſi de eo, quod ante de Eccleſia habebat, eos aliquid, aut nihil exinde habere voluerit, quia vnicuique facultas ſuſcepti monaſterii, Dioeceſis vel Baſilicae debet plena ratione ſufficere „ *Crabbe cit.* Fol. 50.

CAPVT V.

De Conferendorum beneficiorum poteſtate, ſuſtentandique Cleri Epiſcoporum cura Saeculo VII. atque de juris Patronatus, ac Parochorum primitiuorum ea aetate initiis. Demum de Saeculi VIII. circa praedictam Epiſcoporum facultatem oeconomia vſque ad *Crodegangi* auſpicia.

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 44. *S. Gregorii mens circa Epiſcoporum poteſtatem quoad beneficia ſaeculo ſeptimo.*

45. *Quid in Galliarum Provinciis?*

46. *Quid in Prouinciis Hiſpaniarum?*

47. *Quid de Clericorum ſuſtentatione ſaeculo ſeptimo?*

48. *Num Juris Patronatus hocce ſaeculo ſeptimo deprehendantur initia?*

49. *Num eodem ſaeculo primitiuorum reperiantur rudimenta Parochorum?*

50. *Quaenam fuerit ſaeculo octauo ad initia uſque Crodegangi circa Epiſcoporum dictam poteſtatem oeconomia?*

§. XLIV.

CONFERENDI BENEFICIA POTESTAS SAECVLO VII. QVALITER PENES EPISCOPOS STETERIT, EX S. GREGORIO M. DEDVCITVR.

Perueſtigata ſex ſaeculorum Epocha, qualem ſaeculi ſeptimi aetate Eccleſia conferendorum tenuerit beneficiorum vſum, primo perluſtremus, poſtea de ſuſtentatione, ac deni-

Digitized by Google

denique de juris Patronatus primordiis dicturi. Enim vero dum praeterlapſorum temporum mores Epiſcopis, ratione in antecedenter adductis commemorata, facultatem conferendorum beneficiorum adjudicauere; neque ab ea conſuetudine retrocedere volebant futura abhinc tempora. Atque merito, quid eo in negotio ſenſerit *Gregorius M.*, ab eodem auſpicium capimus, quum velut ſummum Eccleſiae Caput illius ſenſum perſpectiſſimum ſibi habuerit. Ab anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo vſque ſexcenteſimum quartum Eccleſiae R. Gubernio praefuit, atque ideo ad ſaeculum ſeptimum, quod eo fatis conceſſerit, a nobis traductus. Ejusdem mens ex epiſtola ad *Balbinum* Epiſcopum *Roſellanum Populenſis* Eccleſiae ab ipſo viſitandae cauſſa reſcripta, ſatis inluceſcit. *a*) Illa etenim Eccleſia

a) L. 1. Regiſt. ep: 15. ibi. „ Peruenit ad nos, quod Populenſis Eccleſiâ ita ſit Sacerdotis officio deſtituta, vt nec poenitentia decedentibus ibidem, nec Baptiſma poſſit praeſtari infantibus. Hujus igitur tam piae rei, tamque neceſſariae mole permoti, jubemus dilectioni tuae, vt hujus praeceptionis authoritate commonitus memoratae Eccleſiae viſitator accedas: vt vnum Cardinalem illic presbyterum, et duos debeas Diacones ordinare. In Parochiis vero praefatae Eccleſiae tres ſimiliter Presbyteros, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitae et morum grauitate praeuideris: et quibus in nullo obuient conſtituta Canonicae diſciplinae, vt ſanctae cum digna cautela prouideatur Eccleſiae.„

Digitized by Google

cleſia *Populenſis* deſerta, ac Paſtore ſuo deſtituta erat. Mentionem ſimul fecit *Cardinalium*: tunc autem Cardinales compellabantur Epiſcopi, Presbyteri ac Diaconi titulares, certae Eccleſiae mancipati, qui diſtincti cognoſcebantur ab illis, qui Eccleſiae vel pro tempore, vel pro aliorum mandato miniſtrauerant. Idem Pontifex ſub Papatus ſui auſpicia *Natalem Salonae* Epiſcopum compulit, ad Archidiaconum *Honoratum*, quem conlato Presbyteratu dejicere molitus fuerat, dignitati, functionique reſtituendum. *a*) Non negabat *Gregorius*, quin poſſet Epiſcopus, cui collibuiſſet, vacantem conferre Archidiaconatum, ſed vt Judex ſupremus vehementer renitebatur innocentis Archidiaconi fraudulentae dejectioni. Reſcripſit quoque ad *Januarium* Archiepiſcopum *Calaritanum* pro reprimenda *Liberati* Diaconi ſupra ceteros Diaconos primos honores ſibi vendicantis inſolentia, niſi eum Praedeceſſor Archiepiſcopus Diaconum Cardinalem, ſeu Archidiaconum cre-

a) Lib. 1. Reg. ep: 19. „Sicut juſtum, ut nemo creſcere compellatur inuitus, ita cenſendum puto ſimiliter, ne quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio dejiciatur injuſte: veruntamen, quia inimica Deo diſcordia tuas partes accuſat, locum et adminiſtrationem ſuam *Honorato* Archidiacono reſtituas, commonemus. „ Conf: quoque Fleury H. E. l. 35. §. 26.

aſſet. *a*) Ab eodem *Gregorio* illud cautum eſt, ne Clerici, qui poſtea monaſticum inſtitutum eſſent profeſſi, poſſent in Eccleſias rurſus migrare, in quibus ordinati primum fuerant; niſi conſpicuae ſanctitatis priuilegio adſecuti id eſſent ab Epiſcopo, vt presbyteratu, et parochialis alicujus Eccleſiae regimine decorarentur. *b*)

§. XLV.

IDEM IN GALLIARVM PROVINCIIS.

Ab *Gregorii* M. ſenſu haut abludunt varia aliarum Nationum Concilia, idem diſciplinae genus inſinuantia. In *Gallia* hocce prodit Concilium *Cabilonenſe III.* cui SS. *Eligius* et *Ouenus R. Clodouaei II.* juſſu intererant, tunc

a) Lib. 1. Reg. ep: 81. Liberatus igitur, de quo nobis tua Fraternitas indicauit, quia Diaconi fungi perhibetur officio: ſi a deceſſore tuo non factus eſt Cardinalis, ordinatis a te Diaconibus nulla debet ratione praeponi, ne eos, quos conſecrando probaſſe cognoſceris, reprobare ſupponendo quodammodo videaris. „

b) Lib. 1. Reg: ep: 40. ad *Anthemium* Subdiac. „ Siquos a Clericatu in monaſticam converſationem venire contigerit, non liceat eis ad eandem vel aliam Eccleſiam, quarum pridem milites fuerant, ſua voluntate denuo remeare: niſi talis vitae monachus fuerit, vt Epiſcopus, cui ante militauerat, ſacerdotio dignum praeuiderit, vt ab eo debeat eligi, et in loco, quo judicauerit, ordinari „ Ref. can. Siquem 38. C. XVI. q. 1. vbi Correctores Rom: correxere: *Siquos.*

Digitized by Google

tunc Epiſcopi ordinati *a*) irrefragabile teſtimonium perhibens. *b*) Conquerebantur ibidem Epiſcopi, ſe a Dynaſtis cohiberi, vt ne in Oratoriis in eorundem fundis conſtructis decernerent, nec de bonis, quae Oratoriis iſtis obuenirent, diſponerent, nec Clericos, qui hallucinabantur, caſtigarent. Concilium ſtatuminauit, tum bona, tum Clericos ſub poteſtate Epiſcopi oportere conſtitutos deinceps remanere. Reliqua, quorum hoc ſaeculo non admodum multa in Galliis concelebrata noſcuntur, Concilia rariora ſubpeditant hanc in rem argumenta. Nempe alias antiquis inhaerebatur Canonibus, quibus ſacris Praeſulibus ſua in Eccleſiarum conferenda miniſteria, facultatesque conroborata perſiſtebat diſponendi poteſtas, quaeque

 eadem

a) Fleur. H. E. L. 38. § 31. *b*) De anno circ. 644. Can. 14. Ibi. „ De oratoriis, quae per Villas fiunt, nonnulli ex Fratribus et coepiſcopis noſtris reſidentes in ſancta Synodo querimonias detulerunt, quod oratoriorum per Villas Potentum jam longo conſtructorum tempore, et facultatum ibi collatarum ipſi, quorum Villae ſunt Epiſcopi, adminiſtrationi contradicant, ita ut nec ipſos Clericos, qui ad ipſa oratoria deſeruiunt, ab Archidiacono coerceri, permittunt. Quod conuenit emendari, ita duntaxat, vt in poteſtate ſit Epiſcopi et de ordinatione Clericorum, et de facultate ibidem collata, qualiter ad ipſa oratoria et officium diuinum poſſit impleri, et ſacra libamina conſecrari. Quod ſiquis contradixerit, juxta priſcos Canones communione priuetur. „

eadem tum in Gallia, tum Hiſpania, etc. viſum diſciplina obtinuerat. Atque vt ſimul, ac ſemel ob hujusce Concilii tenorem contentum tum de poteſtate beneficia conferendi, tum beneficiarios ſuſtentandi cura dicamus, ac ſolicitudine, arbitrariae hae erant pro beneficiariis largitiones Epiſcoporum, qui jam heic edebant veluti praeludia quaedam ampliſſimae poſtea poteſtatis ſuae in beneficiorum collationibus. Eandem et Laicis quandoque adnuebant, vel vt pauperibus, vel vt peregrinis. Parochis quoque et Monaſteriis fundos perpetua munificentia adjiciebant. Sed ea vniuerſim vigebat lex, vt ne vel ad tempus, vel perpetuo conferret fundos, niſi valde tenues, quorum ſegregatione nihil admodum praejudicii gigneretur Eccleſiae Cathedrali. Quum autem et rarae et moderatae primitus erant hae largitiones, conſtabat ſemper illud, Bona Eccleſiae omnia in commune ab eadem Eccleſia poſſideri, eorumque Summum Diſpenſatorem eſſe Epiſcopum. Qui Fundi Clericis permittebantur, eos poſt eorum Obitum ad ſe reuocabat Eccleſia. Quae Abbatiis praedia, vel Parochiis addebantur, irreuocabili jure illis adcreſcebant. Epiſcopus Beneficiarios vita functos ſpoliabat, ſi vel cultus, vel reparationum inopia decreſcere cerneret, aut deperire agros illis concreditos. Atque iſtiusmodi erat in potioribus Occidentis partibus Beneficiorum facies. Attamen Saecu-

Saeculi hujus Septimi tempeſtate *Galliarum* Eccleſiis non admodum gratulandum erat de his patrimonii pauperum innoxiis incrementis; ſiquidem ea illecebra ineſcati Laici Fundos Eccleſiae poſtea pene omnes occupauerint, et nomine *Beneficii* diutiſſime retinuerint.

§. XLVI.

NEC NON IN PROVINCIIS HISPANICIS.

Idem ferme ſtatuunt *Hiſpaniarum* ſacrae ſynodi. Primo eſt Concilium *Toletan.* IV. ſub *Siſenando* R. B. *Iſidoro Hiſpalenſi* Praeſide. Quemadmodum enim ordinatio fieri juxta illud non poterat, niſi ab Epiſcopo; ita nec prouiſio beneficii, quae ab ordinatione tunc jam ſejungebatur, absque ejusdem interuentu obtingere ullatenus valebat. *a*) Concilium *Toletan*: IX. in Eccleſia S. Virginis habitum ſub

a) De anno 633. Can. 32. „ Auaritia radix eſt cunctorum malorum, cujus ſitis etiam ſacerdotum mentes obtinet. Multi etiam fidelium in honorem Chriſti et Martyrum in parochiis Epiſcoporum Baſilicas conſtruunt, oblationes ſanctas tribuunt. Inde eſt, quia cultores ſacrorum deficiunt, dum ſtipendia ſua perdunt. Inde labentium Baſilicarum ruinae non reparantur, quia auaritia ſacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re conſtitutum eſt a praeſenti Concilio, Epiſcopos ita dioeceſes ſuas regere, ut nihil ex earum jure praeſumant auferre, ſed juxta priorum auctoritatem Conciliorum tam de oblationibus, quam de decimis, tributis, ac frugibus tertiam conſequantur. Quodſi am-

Recesvintho glorioſiſſimo Rege decreuit equidem, vt fundatoribus Eccleſiarum ad retundendos quorundam Epiſcoporum abuſus bonorum relinqueretur adminiſtratio, imo et nominandorum, qui Eccleſiis ſua manciparent ſeruitia, miniſtrorum ab Epiſcopo ordinandorum facultas; attamen quodſi tales forſitan inueniantur ab fundatoribus, quos Epiſcopi loci probauerint Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat, cum eorum conniuentia ſeruituros. *a*) Anno proximo inſequente, adjuuante eodem Rege *Synodus Toletana* X. concele-

plius quidpiam ab eis praeſumtum extiterit, per concilium reſtauretur, appellantibus aut ipſis conditoribus, aut certe propinquis eorum, ſi jam illi a ſaeculo deceſſerunt. Nouerint ergo conditores Baſilicarum, in rebus, quas eisdem eccleſiis conferunt, nullam ſe poteſtatem habere, ſed juxta canonum inſtituta, ſicut Eccleſia, ita et Dos ejus ad ordinationem Epiſcopi pertineat. „ *Crabbe* Tom. 2. Fol. 100. Hujus canonis plurimam partem refert *Decretum Gratiani* can: *Nouerint* 6. C. X. q. 1. It. Can. *Conſtitutum* 60 C. XVI. q. 1. Mos quoque *Hiſpaniarum* inde eruitur, Epiſcopum tertiae reddituum partis fuiſſe factum participem.

a) De anno 655, Can. 2: „ Cum ſaepe ſit ſolitum, etiam illa, quae non debentur, prece ſupplicationis, et vi quodammodo extorqueri doloris, quanto magis et ſine obſtaculo concedi debent, exquiſita ſimul et ordine juris, et dolore compaſſionis. Quia ergo plerumque fieri cognoſcitur, vt Eccleſiae parochiales vel ſacra monaſteria ita quorundam Epiſcopo-

celebrata eſt; ex qua conſimilis Epiſcoporum elucet authoritas. *a*) Animaduerſum nempe heic eſt in Paſtores carnalibus adfectibus circumli-

rum vel inſolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, vt grauior ex hoc oriatur aedificantibus moeror, quam in ſtruendo gaudii extiterat labor, ideo pia compaſſione decernimus, vt quamdiu earundem fundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere ſolicitam, et ſolicitudinem ferre praecipuam, atque rectores idoneos in eisdem Baſilicis iidem ipſi offerant Epiſcopis ordinandos. Quodſi tales forſitan non inueniantur ab eis, tunc, quos Epiſcopus loci probauerit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat cum eorum conniuentia ſeruituros. Quodſi ſpretis eisdem fundatoribus, rectores ibidem praeſumſerit Epiſcopus ordinare, et ordinationem ſuam irritam nouerit eſſe, et ad verecundiam ſuam alios in eorum loco, quos iidem ipſi condignos elegerint, ordinari" *Crabbe* Tom. 1. fol. 128. Potior hujus Canonis pars recenſetur Can. *Decernimus* 32. C. XVI. q. 7.

a) Can. 3. „ Reuerentiae totius auditu percipiatur, quia res adeo dura non fruſtra cogitur, hac duriori exſtirpari cenſura. Agnouimus enim, quosdam Pontifices praecepti Principis Apoſtolorum (qui ait: *paſcite, qui in vobis eſt, gregem: non coacte, ſed ſpontanee, neque vi dominantes in Clero, ſed forma facti gregis*) ita eſſe immemores, vt quibusdam monaſteriis, parochialibusque Eccleſiis aut ſuae conſanguinitatis perſonas, aut ſui fauoris participes iniquum ſaepe ſtatuant in Praelatum, ita illis prouidentes commoda inhoneſta, vt aut eisdem

eumligatos, atque authoritate, qua pollebant, ſua in conſtituendis beneficiariis inpie abuſos. Nec obſcuriora nobis ſubpeditantur argumenta in Concilio *Emeritano* ſub Rege laudatò *Recesvintho* poſt Concilium *Toletanum* X. coacto, cujus ſanctionibus hactenus a Nobis prolata conroborantur. *a*)

§. XLVII.

deferantur, quae proprio Epiſcopo dari juſtus ordo depopoſcerit, aut quae rapere deputati exactoris violentia poterit. Proinde decenter omnibus placet, et in praeſenti tale reſcindere factum. aut non eſſe de cetero faciendum. Nam quisquis Pontificum deinceps aut ſanguine propinquos, aut fauore perſonis quibuscunque ſibi deuinctis talia commentare lucra tentauerit, ad ſuum nefandae praeſumtionis excidium, et quod juſſum fuerit, deuocetur in irritum, et qui ordinauerit, annuae excommunicationi ſubjaceat; quae vero ablata fortaſſe fuerint, ab eo, qui tulit, reddantur in duplum. „ Apud Crabbé Tom. 2. fol. 130. A verſu *decenter* vsque in fin. ref. Can. *Decenter* 6. *Diſt.* 80.

a) Erat *Emerita* (nunc *Merida*) totius olim *Luſitaniae* Metropolis; atque Colonia ab *Auguſto* Caeſare plantata; cujus nunc Metropolitica jura a *Calliſto* II. PP. *Compoſtellam* translata ſunt, atque ideo ab eo aeuo ſpectabilis; quo major illi deforis acceſſerat ſplendor. De anno 666. Can. 12. ita decreuerat. „ Si priorum Canonum ſententia hunc recte tenet ordinem, ut Epiſcopus ab alio Epiſcopo, ſi indigentiam habuerit, Clericum ad ordinandum petat, et accipiat: Cur qui in Dioeceſi ſua habet eos, quos pro Dei officio et ſuo Juuamine dignos repererit, ad ſuam principalem Eccleſiam non producat, et habeat? Pro hujus rei cauſſa hoc ele-

Digitized by Google

§. XLVII.

QVID DE CLERICORVM SVSTENTATIONE SAECVLO VII. AB EPISCOPIS PRAESTANDA?

Quemadmodum vero hoc ſaeculi ſeptimi genio ſumma extiterat Epiſcoporum authoritas, et vis in ordinibus ſacris conferendis; ſic et extitit in rebus Eccleſiae tem-

git vnanimitas noſtra, vt omnes Epiſcopos Prouinciae noſtrae, ſi uoluerint de parochianis presbyteris, atque Diaconibus cathedralem ſibi in principali Eccleſia facere, maneat per omnia licentia. Hi tamen, qui fuerint traducti, humilitatem dignam Epiſcopo ſuo teneant, et eo honore et reuerentia habeantur, et venerentur in Cathedrali Eccleſia, ſicut hi, quos conſtat fuiſſe ordinatos in ea. Et quamuis ab Epiſcopo ſuo ſtipendii cauſſa per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab Eccleſiis tamen, in quibus prius conſecrati ſunt, vel a rebus earum, extranei non maneant; Sed pontificali electione Presbyteri ipſius ordinatione, Presbyter alius inſtituatur, qui ſanctum officium peragat, et diſcretione prioris Presbyteri victum et veſtitum rationabiliter illi miniſtret, vt non egeat: aut ſi quaeſierit, qui ordinatur, ſtipendium a ſuo Presbytero accipiat, quantum dignitas officii eum habere expetat. Clericis vero, quos ad ſeruiendum ei dederit, per diſcretionis modum, quae neceſſaria ſunt, miniſtret. Siquis ſententiae hujus ordinem impleri diſtulerit, prout ratio permiſerit, excommunicandum ſe eſſe, nouerit. „ Vid. *Cabaſ*: Not. Eccles: pag. 338. Ex hoc canone ſimul deſumi Parochorum primitiuorum initia, poſtea dicetur.

poralibus diſpenſandis, Clericisque nutriendis. Etenim quidquid eſt beneficiorum, ex his conſurgit duobus, ſpirituali jure, quod ex ordinatione dimanat; et inde manante temporali poteſtate ad participandos Eccleſiae congrua ex parte prouentus. Haec participatio de diſpenſatrice manu fluxit Epiſcopi, hocce etiam ſaeculo. Abunde id jam ex Canonibus (§uo 46. anteced.) adductis liqueſcit. Quibus addere placet alios *S. Gregorii* paſſus. Interrogauerat *Gregorium* M. *Auguſtinus Anglorum* Apoſtolus, Epiſcopusque, quantas ab Epiſcopo, qualesue fieri oporteat portiones ex fidelium oblationibus? Atque ex tempore reſpondet *Gregorius*. *a*) Nec minore animaduerſione digna ſunt alia *Gregorii* reſcripta; vbi inuecta in Eccleſiam faciendarum quatuor portionum diſciplina, id Epiſcopi nonulli de antiquioribus exequebantur redditibus, nouis marſupio ſuo ingeſtis, cujusmodi rei reprobat indignitatem. *b*) Clericorum quoque *Catanenſium* contra Epiſcopum ſuum *Leonem* querelis

a) Mos Apoſtolicae ſedis eſt, ordinatis Epiſcopis praeceptum tradere, vt de omni ſtipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones; vna videlicet Epiſcopo, et familiae ejus propter hoſpitalitatem et ſuſceptionem: alia clero. Tertia pauperibus: quarta Eccleſiis reparandis. „Eſt de vndecim quaeſtionibus *Auguſtini* ptima, et beati *Gregorii* PP. ad illam reſponſio. Ref. can. *Mos eſt*. 30 C. XII. q. 2.

b) Ex libro 3. Regiſt: epiſt. 11ma. ad *Maximinianum Syracuſanum* Epiſcopum. „Cognouimus de redditibus Eccleſiae nouiter adquiſitis cano-

relis poſiturus finem, vtiliſſima ſtatuit. *a*) Hujuscemodi tamen diſtributio non ita exactas expoſcebat regulas, vt ad arithmeticum rigorem progrediendum fuiſſet: aequitatis potius, certarumque circumſtantiarum ratio ſubintrabat, qua ſubnixi Epiſcopi (quorum tum in charitate, tum in aequanimitate fundatum judicium rem totam perficiebat) iſtius modi diſtributionibus praeeſſent; id quod ite-

nicam diſpoſitionem quartarum minime prouenire, ſed Epiſcopos locorum diſtribuere tantummodo quartam antiquorum reddituum, nunc vero quaeſita ſuis uſibus retinere. Quam rem prauam, ſubintroductamque conſuetudinem Fraternitas tua viuaciter emendare feſtinet, vt ſiue de praeteritis redditibus, ſiue de his, qui obuenient, vel obuenientibus quartae ſecundum diſtributionem Canonicam diſpenſetur. Incongruum namque eſt, vnam, eandemque Eccleſiae ſubſtantiam dupplici quodammodo jure cenſeri, i. e. vſurpationis, et Canonum. „ Ref. Can: *Cognouimus* 29. C. XII. Q. 2.

a) Ex Lib. 7. Indict. 1. epiſt: 8. „ Ad hoc locorum gradus rationis ordo diſtinxit, et judicia eſſe conſtituit, vt nec praepoſiti in opprimendos ſe fruſtra valeant occupare ſubjectos; nec ſubjectis iterum contra ſuos praepoſitos effroenata ſit reſultandi licentia. .... Volumus igitur, ut quid quid Eccleſiae tuae ex redditu, vel quolibet alio titulo fortaſſis acceſſerit, quartam exinde portionem ſine diminutione aliqua debeas ſegregare, atque eam ſecundum Dei timorem Presbyteris, Diaconis, ac Clero (vt tibi viſum fuerit) diſcrete diuidere. „ Ref. Can. *Adhoc* 43. C. XVI. Q. 1.

iterum dilucidat *Gregoiius*. *a*) Nec deficiunt non paucorum Conciliorum Canones. Inter ea eſt Concilium *Toletanum* VI. ab *Honorato S. Iſidori*

a) Lib. 9. ep. 29. ad *Paſchaſium* Epis. *Neapol.* „ Tempore, quo fraternitas tua ad Epiſcopatus officium Deo auctore prouecta eſt, conſtituiſſe nos recolit, vt ex pecuniis Eccleſiae veſtrae portio Cleri vel pauperum, quam minime deceſſor veſter praebuerat, id eſt, quadringenti ſolidi ſeorſim fieri debuiſſent: qui ejusdem cleri atque pauperum erogationi proficerent: quod quia diutius non eſt differendum: volumus, vt ſecundum diſtributionem praeſentibus ſcriptis inſertam curam *Anthemio* Subdiacono noſtro ſine difficultate aliqua debeat erogare. Praebendi itaque ſunt clericis viris per ſingulos, ſicut conſpexeritis: ſimul omnis ſumma ſolidi centum praejacentibus, quos centum XXVI eſſe cognovimus: dandi ſunt ſolidi LXII, id eſt medius ſolidus per ſingulos: Presbyteris, ac Diaconibus et Clericis peregrinis ſolidi L, Hominibus honeſtis ac egenis, quos publice petere, verecundia non permittit, ſolidi CL, ita vt quilibet eorum ad ſingulos tremiſſes, quidem ad binos, quidam ad ſingulos ſolidos, vel ſi visum fuerit, amplius dimittantur. Reliquis vero pauperum, qui eleemoſinam publice petere conſueuerunt, ſolidos XXXVI. Ecce nos, qnantum vel quibus dare debeant, diſtribuimus. Sed quia, ſicut praeuidimus, non omnibus, aequaliter eſt praebendum, neceſſe eſt, vt vna cum praedicto Subdiacono, prout praeuideritis, dare ſingulis debeatis: atque id modis omnibus ſtudeatis: quatenus, quod alter injuſte detinuit, vos deuote ac celerius impendendo ad veſtram poſſitis applicare mercedem. „

Digitized by Google

ri ſucceſſore, Rege *Hiſpaniarum Cinthila* annuente, concelebratum, quo tum Clerici, tum Laici conſtringuntur ad bona, quae ab Eccleſia per Epiſcopi largitatem receperant, ſi e vita migraſſent ſua, cum omnibus additamentis eidem redhibenda. *a*) Concilium *Emeritanum* (de quo §uo 46. anted.) vult, vt, quorum Clericorum inluſtrior foret diligentia, ſidesque, iis remuneratio obtingat in agris quibusdam, tum pro inflammanda magis eorum ſtrenuitate, tum pro excitanda, vel potius excutienda ceterorum inertia, alias praediis ipſis deſpoliandorum. *b*) Hae vero ſaluberrimae ordinationes, quanquam Eccleſias reſpiciant *Hiſpaniarum*, harum tamen diſci-

a) De an. 638, can. 5. „ Saepe ſit, vt proprietati origenis obſiſtat longinquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, vt ſiquis Clericorum ſtipendium de rebus Eccleſiae *cujuscunque Epiſcopi percipit largitate*, ſub praecariae nomine debeat profeſſionem ſcribere, nec per retentionem diuturnam praejudicium adferat Eccleſiae, et quaecunque in vſum perceperit, debeat vtiliter laborare, ne res diuini juris debeat aliqua occaſione negligi, et ſubſidium ab Eccleſia, cui deſeruiunt, percipere poſſint Clerici. Quod ſiquis eorum contemſerit facere, ipſe ſe ſtipendio ſuo intebitur primare. „ Ref. can. *Saepe ſit.* 72. C. XII. q. 2.

b) Can. 13. Quemcunque Epiſcopus ad bonum profectum viderit creſcere, per bonam intentionem venerandi, amandi et honorandi, atque de rebus Eccleſiae, quae voluerit, largiendi habeat poteſtatem. Haec enim cauſa et majo-

diſciplinam haut diſſormem fuiſſe ab illa aliarum *Occidentis* Eccleſiarum, ſupra commonefaciebamus (§uo 44. 45.) Absque piaculo quoque in id adſenſum praebere poſſumus, quadrimembrem illam bonorum diuiſionem in *Italia* magis, quam alibi fuiſſe cognitam: Nihilo tamen ſecius is continuus erat omnium Eccleſiarum Conſenſus, eam eſſe reddituum eccleſiaſticorum indolem, vt inde Clericorum bona fide miniſtrantium decerperetur congrua ſuſtentatio, obcurreretur pauperum indigentiis, Eccleſiarum ſarta tecta procurarentur, ac fabricae, vtenſilium ac reliquae ſacrae ſupellectilis prouideretur expenſis. Volunt praeterea in *Galliarum* Prouinciis illa ſaeculi ſeptimi aetate aut nullis, aut paucis in locis hanc in quatuor partes diſtributionem vſui fuiſſe, aut conſuetudini. In illud vero omnes adſtipulantur Sacrorum Canonum Interpretes, quod, quantumuis Eccleſiae res omnibus tunc oportebat eſſe communes, primum tamen Epiſcopus et ſibi, et ſuae Eccleſiae deſeruientibus neceſſaria ſubminiſtraret, et reliqua, quae ſupererant, fidelium indigentium vſibus adplicaret: Dum videlicet Eccleſia voluit, vt bona in fabricam diſtribuerentur et pauperes, illud

ribus majorem praeſtat gratiam, et minores excitat, vt ad melius tendant . . . . Rem Deo dicatam ad melius perducant. Quodſi id, quod acceperint, ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patuerit, Epiſcopus habeat licentiam ſine vllo praejudicio in jure Eccleſiae reuocare rem propriam. „

illud ea ratione intellexit, quo primum Miniſtrorum obuiaretur neceſſitatibus, quibus Chriſtus a populo vitae juſſit praeberi adminicula; cui praeceptioni fideles ſuis oblationibus morem gerere, absque dubio animo conſtituebant.

§. XLVIII.

NVM JVRIS PATRONATVS HOCCE SAECVLO SEPTIMO PRIMA DEPREHENSA SINT INITIA?

Adſeruimus hucusque conſtanter ſacris Praeſulibus conſtituendorum, deputandorumque Eccleſiae Miniſtrorum poteſtatem; aſt laudato ſupra (§. 46.) canone ſecundo *Tolet.* IX. exceptio ingeritur conſideratione digna; vbi comperta ſunt juris Patronatus documenta, quo caſu remoto penes Praeſules ſalua continuo perſtiterat nominandorum pro ſacro miniſterio ſubjectorum facultas, fors nunquam arctiores inter cancellos conſtringenda, ſi aequi bonique limites illi non infrequenter fuiſſent praetergreſſi. Exceptio igitur in Fundatoribus hoc canone conſtabilita firmare regulam in contrarium videtur pro conroborando ordinariorum jure. At vero quum praeadlegato canone non cuncta reddita ſint ſatis perſpicua, quae Patronatus jura, eorumque auſpicia, atque qualiter Epiſcopis quaedam ſint poſita repagula, adtingunt, impraeſentiatum paulo clarius res eſt pertra-

Digitized by Google

pertractanda. Ab Eccleſiarum exordiis non ea ſubito Patronis ac Fundatoribus nata ſunt jura, ac hodie indulgente ac remunerante Eccleſia ab iisdem vſurpantur. Quidam duntaxat illis primitus honores, quos Virtus ſubgeſſerat, ſuaſeratque gratitudinis, deſtinabantur teſte *Ruppre*c*tio. a*) De jure praeſentationis ſeu Nominationis Miniſtri cujusdam Eccleſiaſtici ad ſaeculum vsque quintum produci ſolidum nihil valet. Etiam, qui in Oratoriis,

a) *Ruprecht* in Not. Hiſt. ad Tit. de J. Patron. n. 5, cujus fide ſequentia damus. „ Id teſtatur Alexander III in cap. 24. de Jur Patron: primae collectionis (In hodierna nihil inueni) apud Anton. Auguſtinum, vbi ait; *Sanctos Patres Patronis reſeruaſſe, quae plane obſeruentur.* Et ita legimus nomina et elogia fundatorum in eorum Eccleſiis ſub initium ſaeculi quinti ſolemniter fuiſſe inſcripta, vti teſtatur S. Paulinus tum florens ep io et 12. Quin et a fundatoribus coeperunt, etiam antiquiſſimis temporibus, ipſae eccleſiae nomen ſuum mutuare, atque Titulus Eccleſie nomen fundatoris praeferre. Vnde inter Titulos ſiue Baſilicas Eccleſiae numerantur *Baſilica Conſtantiniana, titulus Damaſi, titulus Equitii, titulus Paſtoris, titulus Feſtinae, titulus Eudoxiae, titulus Lucinae, et Faſciolae*; nomine petito a fundatoribus, ſive maſculis, ſiue foeminis. Haec *Franciſcus Florens* in tractatu de *antiquo jure Patronatus*, qui pluribus exemplis aliarum Eccleſiarum quae a nomine fundatorum jam pridem apellatae ſunt, id ipſum confirmat, notatque, quod is ſolus honor Patrono, ut de nomine ejus Baſilicae, id eſt Eccleſiae, oratoria, monaſteria denominarentur, ab initio videatur attributus. „

toriis, Zenodochiis etc. miniſtrabant Clerici, ab Epiſcopo tamen deputabantur. (§. 29.) Inualuit autem ille mos prius in Oriente, quam Occidente, et quidem quinto ſaeculo. Refertur a *Theodoro* Lectore, *a*) *Pulcheriam* Auguſtam pientiſſimam Imperatricem plures in vita Eccleſias aedificaſſe, atque poſſediſſe, ſeu jus praeſentandi neceſſarios in illis Miniſtros habuiſſe; quamuis id expreſſis verbis haut adſeratur, facile tamen ſibi quisque perſuadebit, cum et aliae piae ejus aetatis mulieres id ſibi juris, indulgente Eccleſia, ſumſerint. Conſtat etenim, *Eudoxiam* Imperatricem *Theodoſii* Junioris Conjugem, quum plura, eaque ſplendidiſſima templa in *Palaeſtina* excitaſſet, ea, quibus ſibi fuerat placitum, adminiſtranda concrediſſe, Scriptor item vitae B. *Euthymii* Abbatis *Cyrillus* fidem facit de Eccleſia S. *Stephani*, quam ampliſſime dotatam contulit *Gabrieli* Monacho, quem prius curauerat Presbyterum ordinari, apud *Baronium*. *b*) Narrat idem ſcriptor, quemadmodum nobilis, et pia Matrona *Baſſa Andream* Paſtorem effecerit, et praefectum Monaſterii, quod ab ea fue-

a) Ap. eund. l. cit. n. 7.

(*b* Tom. 6. Annal. ad an. 460. n. 23, et 24. vbi concludit, „ Hunc tandem felicem finem conſecuta eſt Eudocia Auguſta; de qua (vere dixerim) plane miraculum contigit, vt foemina potens, in haereſim lapſa, diuque in ea verſata, reſipuerit; demumque ſancto fine clauſerit diem extremum. „

fuerat aedificatum. *a*) In eodem Oriente, quantum ad Eccleſiam Graecam ſimilia Patronatus jura, atque praeſentandi facultatem adtributam fuiſſe Fundatoribus, horumque haeredibus ac ſucceſſoribus, ex Juſtiniani Nouellis comperimus. *b*) Illi ſuo ex marſupio effunde-

a) Tom. 6. cit. ad an. 455. n. 23 ez S. *Cyrillo.* „ Baſſa autem pia et Deo amabilis cum *Andream* fratrem *Stephani* Iamneae Epiſcopi e laura accerſiuiſſet, eum paſtorem effecit, et praefectum monaſterii, quod ab ea fuerat aedificatum: aedificatum autem fuit in nomine Mennae martyris. „

b) *Juſtinianus* nouell: 57. cap. 2. „ Illud quoque ad honorem et cultum ſedis tuae (adloquiturMennam Conſtant: Patriarcham) decernimus, ſiquis aedificans eccleſiam, aut etiam aliter expendens in ea miniſtrantibus alimenta, voluerit aliquos Clericos ſtatuere, non eſſe ei fiduciam vllam, quos vult per poteſtatem deducere tuae reuerentiae ad ordinandos eos, ſed examinari a tua ſanctitate: ſententiaque tua, et qui pontificalem ſedem rexerit, ſemper hos ſuſcipere ordinationem, qui tuae beatitudini, et qui poſtea oportuni videbuntur exiſtere, et Dei miniſterio digni: vt non profanentur ſancta Dei. cet. „ Item nouell. 123. cap. 18. „ Siquis oratorii domum fabricauerit, et voluerit in ea clericos ordinare aut ipſe, aut ejus haredes: Si expenſas ipſis clericis miniſtrant, et dignos denominant, denominatos ordinari. Si vero, qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent ſacrae regulae ordinari: tunc ſanctiſſimus Epiſcopus quoſcunque putauerit meliores, ordinari procuret. „ etc.

Digitized by Google

fundere jubebantur, quo alerentur Miniſtri et Beneficiarii, ea tamen adpoſita cautela, vt nunquam non *Epiſcopi* interueniret conſenſio, et inſtitutio. Autumant nonnulli, de Eccleſia occidentali idem commonſtrari poſſe ex Concilio I. *Arauſicano.* Aſt falli videntur. Concilium ſiquidem *Epiſcopos* ſolos intelligit in aliis Parochiis (Dioeceſibus, ſeu Territoriis) Eccleſiarum Conſtructores: Laicorum nulla obcurrit mentio. *a*) Synodi *Arauſicanae* ſtatutum firmat Synodus *Arelatenſis* II.

a) Quin

a) Concil: Arauſ. (Orange) de an. 441. Can 10. „ Si quis Epiſcoporum in alienae ciuitatis territorio Eccleſiam aedificare diſponit, vel pro fundi ſui negotio, aut eccleſiaſtica vtilitate, vel pro quacunque ſua oportunitate, permiſſa licentia aedificandi (quia prohibere hoc nefas eſt) non praeſumat dedicationem, quae illi omnimode reſeruatur, in cujus territorio eccleſia aſſurgit, reſeruata vero aedificatori hac gratia, vt quos deſiderat clericos in re ſua videre, ipſos ordinet, is, in cujus ciuitatis territorio eſt, vel ſi ordinati jam ſunt, ipſos habere acquieſcat. Et omnis eccleſiae ipſius gubernatio ad eum (in cujus ciuitatis territorio eccleſia ſurrexerit) pertinebit. Quodſi etiam ſaecularium quicunque aediſicauerit eccleſiam, et alium magis, quam eum, in cujus territorio aedificat, inuitandum putauerit, tam ipſe, cui contra conſtitutionem, ac diſciplinam gratificare vult, quam omnes Epiſcopi, qui ad hujusmodi dedicationem inuitantur, a conuentu abſtinebunt. Si quis, excelſerit, in reatum deuocabitur. Si quis excellerit, ordinem recognoſcat Canonicum. „

a) Quinimo in *Italia* necdum inualuiſſe Patronatum Laicum, ex ejusdem Pontificis variis pateſcit reſcriptis. b) Humanior tum ſubin

a) Ap. *Rupprecht* cit. de an. circ. 451. can. 39. addita hac clauſula; „ *Et ſiquid eccleſiae fuerit ab Epiſcopo* conditore *collatum, is, in cujus territorio eſt, auferendi non habeat exinde poteſtatem.* „ Ab aliis tertium dicitur. Attamen, quae huic concilio fides ſit habenda, conſule *Fleury* H. E. Lib. 28. §. 48. ad an. 453. „ Ad ea ferme tempora refertur concilium Arelatenſe IIdum, cujus nec annum, nec Epiſcopos, qui adfuerunt, ſcimus; etiam Canonum numerus eſt incertus admodum; hos enim ſolos de hoc concilio habemus, omnino quinquaginta ſex referuntur; Sed aliquos ex aliis conciliis mutuatos credunt. „ V. Fleur. cit.

b) Lib. 2. Reg. ep. 9. ad *Caſtorium* Ariminens. Ep. vetat, ut Matrona *Thimothea* in fundato a ſe oratorio Presbyterum cardinalem non ſolum non conſtituat (ſiquidem et miſſas publicas fieri, et baptiſterium conſtrui interdicat) ſed et Presbyterum ab Epiſcopo *Caſtorio* poſtulandum praecipiat. „ Oratorium abſque miſſis publicis ſolenniter conſecrabis, ita, vt in eodem loco nec futuris temporibus baptiſterium conſtruatur, nec presbyterum conſtituas Cardinalem. Et ſi miſſas forte maluerit fieri, ſibi a dilectione tua Presbyterum nouerit poſtulandum: quatenus nihil alias a quolibet ſacerdote alio nullatenus praeſumatur. „ cet. Ep 97. lib. 2. cit. Concedit duntaxat, a fundatrice monaſterii monialium nominari valere Abbatiſſam. De nominatione Presbyterorum in conſtructo ibidem oratorio miniſtrantium nec verbo meminit.

Digitized by Google

Lib 8. ep. 18. Quum *Surretina* Epiſcopo orbata eſſet ecclesia, electusque fuiſſet Presbyter oratorii, quod in caſtro erat matronae nobilis; reſcripſit *Gregorius* ad Subdiaconum *Anthemium* rectorem patrimonii Romanae ſedis in Campania vt examine inſtituto, Epiſcopatui gerendo idoneum repertum *Romam* deſtinaret, ſalutata antecedenter matrona, quantumuis forſitan petitum recuſante. „ *Amandum* Presbyterum oratori S. *Seuerini* . . . elegerunt. Ea propter . . . praecipimus. ut eundem Presbyterum excuſatione poſtpoſita ſub omni ad nos ſtudeat feſtinatione transmittere. . . . Ne autem glorioſa filia noſtra *Clementina* hoc moleſte ſuſcipiat, ad eam experientia tua pergat; et cum ejus voluntate hoc faciat. Sin vero reniti fortaſſe voluerit, huc eum, ſicut diximus, ſine mora experientia tua transmittat. Quia ita animi filiorum noſtrorum a nobis pacandi ſunt; vt tamen animarum vtilitas a nobis non debeat praepediri. „ Videtur *Gregorium* M. quidem, quoad oratoria praecipue, quidpiam conſcendiſſe; aſt quod pro fundatoribus certa atque firma fuerint jura decreta, ex eodem Ssmo Pontifice nihil compertum eſt. Iam antea ad ſaeculi quinti exitum ſtatuerat *Gelaſius* PP. fundatoribus eccleſiarum nihil deberi praeter *proceſſionis aditum* in eccleſia. Can. *Priae mentis* 26, et can. *Frigentius* 17. C. XVI. q. 7. id quod in memoriam reuocat *Gregorius*, atque obſeruari praecipit, reſcribens Epiſcopo vrbis *Mamertinae* in *Sicilia* Epiſcopo: ap. Thomaſſ. p. 2. l. i. c. 30. n. 4. „ Enunciaturus ex more, nihil illic conditoris juri vlterius jam deberi, niſi proceſſionis gratiam. quae chriſtianis omnibus in commune debetur. „

in in milites; *a*) tum et *Galliae* Reges erat *Gregorius b*) quibus liberam nominationem permiſit Abbatis Monaſterii *Auguſtodunenſis*, vbi et Zenodochium erat a *Brunechilde* Regina, et ab Epiſcopo fundatum *Auguſtodunenſi*, *Siagrio*. In Galliis vero ſaeculo VI. Patronatui Laicorum ſua acceſſiſſe incrementa, prodit Concilium *Aurelianenſe* IV. *c*) Plus quam ſimile vero mihi videtur, ex indultu, conniuentia, ac particulari quandoque ſiue RR. Ponti-

a) Ap. *Rupprecht*. cit. n. 8. „Quo etiam referri debet, quod alibi idem Pontifex *Lunenſi* mandauit Epiſcopo, vt Presbyteros ordinet, Diaconosque, quos militiae Dux quidam praeſentaret, diu tamen antea examinatos.

b) Liberam illis permiſerat nominationem Abbatis monaſterii *Auguſtodunenſis* (Autun) vbi et Zenodochium erat a *Brunechilde* Regina, et ab Epiſcopo *Siagrio* fundatum, cui tamen nominationi monachorum interueniret adſenſus. Lib. II. Reg. ep. 10. *Senatori* Presbytero et Abbati inſcripta „ conſtituimus, ut obeunte Abbate, Presbyteroque ſupraſcripti Zenodochii atque monaſterii non alius ibi quacunque obreptionis aſtutia ordinetur, niſi quem Rex ejusdem prouinciae cum conſenſu monachorum ſecundum amorem Dei elegerit, ac prouiderit ordinandum. „

c) De an. circiter 541. can. 32. ap. *Crabbe* Tom. 2. fol. 70. „ Siquis in agro ſuo aut habet, aut poſtulat habere dioeceſin, primum et terras ei diſponat ſufficienter, et clericos, qui ibidem ſua officia impleant, vt ſacratis locis reuerentia condigna tribuatur. „ Canone tamen ſeptimo antecedente cauta ſunt ſequentia. „ Vt

Pontificum, ſiue aliorum Praeſulum fauore obtigiſſe, quod ob ſingularia merita nonnulli hoc jure remunerarentur, antea, quam firmior quaedam regula in Conciliis fuerit conſtabilita; id quod primitus in Concilio *Toletano* IX. quantum ad Occidentem adtinet, factitatum, ſaluo meliori judicio, arbitramur, ex eo, quod ante illud clariora nullibi ſeſe veſtigia patefaciant. Atque haec de origine ſolum juris Patronatus ſubficiant, cujus proſequi argumentum, noſtri nunc non intereſt. Videantur JCti paſſim.

§. XLIX.

NVM EODEM SAECVLO *PRIMITIVORVM* REPERIANTVR RVDIMENTA PAROCHORVM?

Quum laudatus ſupra (§. 46.) Concilii Emeritani canon duodecimus ſtatuat, *vt omnes Epiſcopos, ſi voluerint, de parochianis Presbyteris atque Diaconibus Cathedralem ſibi in Principali Eccleſia facere, maneat per omnia licentia,* luculenta heic deprehenduntur indicia, vnde Canonici Cathedrales, qui primitiui ſint Parochi,

in oratoriis Domini clericorum nemo contra votum Epiſcopi, ad quem territorii ipſius priuilegium noſcitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, niſi forſitan, quos probatos ibidem diſtrictio pontificis obſeruare praecepit. „ Conf. *Fleury.* l. 33 H. E. §. 15. Haec de origine Iuris patronatus.

rochi, ſuam trahant originem. Diſciplinae hujuscemodi Natalitiae huic debentur Concilio, ante quod nihil iſtiusmodi eſt animaduerſum. Poſtquam Epiſcopus omnis ſua in Eccleſia Cathedrali *Archipresbyterum*, *Archidiaconum* et *Primicerium*, qui tres in Clero reliquo principatum tenebant, habere juſſus eſt; idem Epiſcopus ſiue Diacones, ſiue Presbyteros, atque hos praecipue vltimos ſuis, quas concreditas curabant, parochiis pro ſua ſententia ad ſe ſublevandum cognitos idoneos euocet, eorundem in Eccleſia Cathedrali ſubſidio ac opera vſurus. Iidem tamen ipſi Presbyteri Eccleſiarum, e quibus euocabantur, parochialium cura penitus non abſoluebantur, ſed etiamnum redditibus gaudentes, Epiſcopi adnutu, Presbyteros, vicibus ſuis defuncturos, conſtituant, competentiam redhibeant, ac reliqua vitae adminicula; quibus tum ſibi, tum ceteris, quos oppido ſeruitio Eccleſiae adplicuerint, provideant, ne egeant. In hos ipſos ſubſtitutos Presbyteros praelaudati Canonici quadam dominabantur authoritate. Diffitendum equidem eſt neutiquam, multo pinguiores fuiſſe redditus Parochiales, quam Canonicorum Cathedralium; et ideo tergiuerſabantur Parochi, ne ſuis ab Eccleſiis abſtracti ad Cathedralem transferrentur: attamen, ne ab eisdem Epiſcopi repulſam ferrent, copiam hi fecerunt pro retinenda priorum ſuorum reddituum non medio-

cri

Digitized by Google

cri parte. Quanquam autem ad procurandam animarum ſalutem plus idoneitatis ſubponatur in Parochis, quam Canonicis, promtae tamen, expeditaeque ſeſe produnt rationes, hoc in Concilio non fortuito caſu, ſed certo prouidentiae genere factam eſſe Epiſcopis facultatem, Parochos quosque praeſtantiores ad Cathedrales vocare Canonicatus, ſubfecto in eorum locum Parocho alio, cui ſua redhiberetur competentia. Nimirum Canonici velut membra ſunt, oculi, manus, pedesque Epiſcoporum. Cum Eo in vnum coeunt Senatum, qui dioeceſibus prouideat, partemque teneat ſolicitudinis: neque dubitabit quispiam, quin pluris faciat ad Reipublicae vniuerſae ſalutem, incolumitatemque prouidentia Eccleſiae Generalis, quam ſola circa quamcunque parochiam particularem circumſpectio. Accedit, quod nouus iſtiusmodi Canonicus a Cura parochiali ad Cathedralem Eccleſiam admotus, a regimine parochiali antecedente penitus haut ſit abſolutus, vt hodiedum praxis nos docet, ac experientia. Itaque ejusmodi Canonicis tum uniuerſali totius dioeceſeos incubandum erat bono, tum nec negligenda omnis fuerat in parochiam olim concreditam inſpectio. *a*) De aliis ſubſequentium ſaeculorum Parochiis *primitiuis*, ſeu *prioribus* vide *Thomaſſinum* uariis in locis. Subficiat nobis, detexiſſe initia.

a) Conf. Fleury H. E. Lib. 39. §. 39. Caballut. Not. Eccleſ. pag. 338.

§. L.

QVAENAM FVERIT SAECVLO OCTAVO AD INITIA VSQVE *CRODEGANGI* CIRCA LAVDATAM HACTENVS POTESTATEM EPISCOPORVM DISCIPLINA?

Non alia reſplendet ſaeculo octauo, quantum ad frequentiſſime depraedicatam SS. Praeſulum facultatem, facies. In *Germania* noſtro antea, quam illuc Euangelii lucem *S.* Bonifacius vna cum ſociis ſuis hoc ſaeculo inueheret (quamuis ſaeculo ſeptimo antecedente S. *Chilianus*, ceterique, regionarii duntaxat Paſtores ſtrenuam ſuam operam in Vinea Domini collocarent) iisdem tamen nulla ratione ſtabilitis, de beneficiorum diſciplina firmari nihil potuit. Non diffitemur equidem, quod tunc *Germania* magna non exigua ex parte paruerit *Francorum* Principibus, jam ea tempeſtate fidem amplexis, qui et ipſimet origine *Germani* extiterant; attamen *Cis-Rhenani* populi ſuperſtitionum paganarum tenebris circumuallati adhucdum fuerant, quorum in meliorem frugem reducendorum labor ardentiſſimo S. *Bonifacii*, ſociorumque Zelo ſaeculo hoc octauo eas in terras excurrentium reſeruabatur. Eodem ſaeculo ſeptimo aut inchoante, aut omnino ſexto finiente *Anglia* Chriſtum in ſuos lares ſusceperat quidem, aſt non ea integritate, vt ibi

Digitized by Google

ibi Euangelii lex in vniuerſum dominaretur. Multis ſiquidem Regulis dominatum inter ſe diſpertientibus, non vno viuebatur Religionis cultu: neque pax inter illos conſiſtebat longiori mora ſtabilis, ac firma; atque ideo de Clericorum illic beneficiis vix alia ſuperſtant veſtigia, quam quae Regum et optimatum in exſtruendis Monaſteriis pietas reliquit; cum alias Monachorum ibidem opera ac labore circa Euangelii promulgationem vix non omnia peracta ſint. Aſt alibi nunc diuerticula quaerenda ſunt, atque ad ſaeculum octauum reuerti oportet. Ordiamur ab vniuerſalis Concili communibus, quibus vtraque Eccleſia *Graeca*, et *Latina* obſtringebatur, Sanctionibus. In Concilio *Niceno* II., Generali VIImo edocemur, quanta fuerit in ſuſtentandis Clericis Epiſcoporum, Praelatorumque tum incumbens ſolicitudo, atque concredita, facultates Eccleſiae diſpenſandi, facultas; id quod eo minus de conſueta illius aeui diſciplina dubium relinquit, quo magis ejusdem Concilii valor legitimus eſt, et exploratus, atque multitudine tum *Orientis*, tum *Occidentis* Epiſcoporum pleniſſime comprobatus. Praeſederant ſiquidem Apoſtolici Legati *Petrus* Baſilicae D. *Petri* Presbyter, ac alter *Petrus* S. *Sabbae* Abbas, quibus adſedit Regiae Ciuitatis Patriarcha *Taraſius*: duoque Monachi *Joannes* et *Thomas*, ceterarum ſedium, *Orientis* Patriarchalium Vicarii, cumque his treconti

centi quinquaginta Epiſcopi, multique cum delectis a ſe Monachis Archimandritae, conſeſſum Patrum Sanctitatis, doctrinaeque ſplendoribus condecorantes, miſſique ab Imperatore complures Senatores. *a*) Quantum ad *Occidentem*; palpari ſenſibilius, aut contrectari non valent occidentalium diſciplinarum veſti-

a) Concilium iſtud de anno 787mo. Sub *Conſtantino* Imperat., ejusque matre *Irene* ita ordinat. Can. 12. „ Siquis Epiſcopus, vel monaſterii praefectus inuentus fuerit ex Epiſcopatus, vel monaſterii agris in principis alicujus manus alienare, vel alteri perſonae tradere; nullius momenti ſit traditio. vt Ss. Apoſtolorum vult canon trigeſimus nonus, qui dicit: omnium rerum eccleſiaſticarum Epiſcopus curam gerat, et eas adminiſtret, tanquam Deo intuente. Ne liceat autem ex eis quidquam ſibi uendicare, vel propriis cognatis, quae Dei ſunt, elargiri. Si ſint autem pauperes, vt pauperibus ſuppeditet. Sed non eorum praetextu res eccleſiae venundet. Sin autem detrimentum eccleſiae afferre cauſetur, nec quidquam ex agro emolumenti percipi; nec ſic quidem principibus, qui ſunt eo loco, alienet praedium, ſed clericis, vel agricolis. Sin autem improba aliqua calliditate vtentur, et a clerico, vel agricola princeps agrum emerit. Sic quoque nullius ſit momenti venditio, et Epiſcopatui, vel monaſterio reſtituatur. Porro Epiſcopus, vel monaſterii praefectus, qui hoc fecerit, exturbetur quidem Epiſcopus ab epiſcopatu; Monaſterii vero praefectus a monaſterio, vt qui male diſſipent, quae non congregauerunt. „ Vid *Cabaſſut*. Not. Eccl. p. 363.

Digitized by Google

veſtigia, quam ſi in ipſa penetralia introeamus Eccleſiae *Romanae*, ejusque ſummorum Antiſtitum, quorum paterna cura, ac ſancta ſolicitudine eadem innoteſcere coeperunt, miſſis illuc ad conuerſionem Gentium Apoſtolicis viris, et verae Religionis, et eccleſiaſticae diſciplinae propagatoribus. Auſpicium demus a Capitulari *Gregorii* II., dato ſuis in *Bojoariam* Ablegatis, *Martiniano* Epiſcopo *Sabinenſi*, *Georgio* Presbytero, titulo SS. *Joannis* et *Pauli*, atque *Dorotheo* ſubdiacono; quod tredecim abſoluitur Capitulis, velut totidem inſtructionum momentis. *a*) Sequuntur Capitula

a) Circa annum 716tum. cap. 1. „ Vt . . . conuentus aggregetur . . . . et exquiſitis ſacerdotibus atque miniſtris, quorum canonicam approbaueritis extitiſſe promotionem, ac rectae fidei tenere, aut recipere rationem, his ſacrificandi et miniſtrandi, ſiue etiam pſallendi ex figura, et traditione ſanctae et Apoſtolicae ſedis Romanae Eccleſiae ordine tradetis poteſtatem. Quorum vero non claruerit recta fides credulitatis: aut approbata ſolemnitas Canonice ordinationis, illis per omnia prohibeatur licentia miniſtrationis, vt ſubrogentur canonice probabiles ſucceſſores. „ Cap. 2. „ Vt ordinatis Epiſcopis unicuique illorum hoc detis ex figura . . . . de reditu vero eccleſiae, vel oblationibus fidelium quatuor faciat portiones, quarum vnam ſibi retineat, alteram clericis pro ſuorum officiorum ſedulitate diſtribuat, tertiam pauperibus et peregrinis, quartam eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam, de quibus diuino erit redditurus judicio rationum. „ Cetera vide Tom. 1. CC. Germ. pag. 35. Seqq.

pitula *Zachariae* PP. *ad Pipinum* in ſacerdotali collegio a S. *Bonifacio* pandenda, ac fors poſtea in Concilio *Vernenſi* praelecta, quae non leue addunt pondus. *a*) Moderante *Francos* Rege *Pipino* coactum eſt *Verni* Concilium vniuerſorum

a) Respondet ibi *Zacharias* PP. de diuerſis capitulis per *Ardobanium* miſſis an. 747. *Zachariae* ſexto, Childeberti III. quinto. cap. 10. „ De clericis, qui ſunt in parochiis, monaſteriis, atque martyriis, ex canone *Calcedonenſis* concili capitulo IX. ita decretum eſt: clerici, qui praeficiuntur parochiis, vel qui ordinantur in monaſteriis et baſilicis Martyrum, ſub Epiſcoporum, qui in vnaquaque ciuitate ſunt, ſecundum ſanctorum patrum traditiones, poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo deficiant. Qui vero audet euertere hujusmodi formam quocunque modo, nec proprio ſubjiciuntur Epiſcopo, ſiquidem clerici ſunt, canonum correptionibns ſubjacebunt, ſi vero Laici vel Monachi fuerint, communione priuentur. „ Cap. 15. „ Quod interrogatum eſt de Laicis, qui eccleſias in ſuis proprietatibus conſtruunt, quis ipſas debeat regere, aut gubernare? A ſanctis patribus ita ſtatutum eſt, et in praeceptis Apoſtolicis ſic continetur juxta petitoris imploratum, vt ſi in quolibet fundo cujuscunque juris oratorium, ſiue Baſilica fuerit conſtructa, pro ejus deuotione in honorem cujuscunque ſancti, in cujus Epiſcopi parochia fuerit fundatum oratorium, percepta primitus donatione legitima, id eſt, praeſtante tot, geſtisque municipalibus alligata, praedictum oratorium absque miſſis publicis ſolemniter conſecrabit: ita, vt in eodem loco nec futuris temporibus baptiſteria conſtruantur, nec praesbyter

rum fermo *Franciae* Epiſcoporum, quo collapſae Eccleſiae diſciplinae, vt reſtauraretur, media ſtabilita ſunt. Adſtipulatur illud propoſito Themati. *a*) Neque praetereunda eſt Synodus *Durienſis.* Erant videlicet antiquata ſacrorum canonum ſtatuta, quibus ea omnis poteſtas, qua circa inferiores Epiſcopatu Clericos Eccleſia defungitur, Epiſcopis adſeritur. Primi apud Germanos inuecti Canones tenorem illorum Veterum ſequuti, frequentiſſimi ſunt ea in re commonſtranda, quibus (iis etiam Laicis non exceptis, quorum ſubin meritis, ac pietati *jus Patronatus* indultum, aut obtentum fuerat) cauetur, ne Clericos ſibi absque Ss. Praeſulum adſenſu et authoritate vendicent: neque obliuioni traduntur Clerici, quibus juſſu Pontificis alimonia praeſtatur. *b*) Taceo alia multa. CAPVT VI.

conſtituatur cardinalis, ſed et ſi miſſas ibi facere maluerit, ab Epiſcopo nouerit poſtulandum; quatenus nihil a quolibet alio ſacerdote vllatenus praeſumatur, niſi ab Epiſcopo fuerit ordinatum. „ Tom. I. CC. Germ. pag. 80.

a) *Vernum. Vernonium. Vernon.* ſuperioris *Normaniae* vrbs ad *ſequanam*, ſeine. Can. 8. de an. 755. „ vt omnes Presbyteri, qui in parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, et de eorum ordine nullus presbyter praeſumat in illa parochia baptizare, nec miſſas celebrare ſine juſſione Epiſcopi, in cujus parochia eſt. „ Conf. Fleury H. E. L. 43. S. 23. qui canonis contentum deſcripſit.

b) *Duria, Marcodurum, Düren,* germaniae ad *Ruram* in ducatu *Juliacenſi* urbs media inter Co-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Vtrum Epiſcopis tum in ſacris Miniſtris conſtituendis, tum ſuſtentandis, grauioribusque quibusque negotiis ſuus fuerit Senatus jam inde a primis Chriſtianiſmi cunabulis?

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 51. *de eccleſiaſtico ſenatu a duobus primis Eccleſiae ſaeculis.*

52. *De eodem argumento in ſaeculo tertio, ac S. Cypriani potiſſimum ſenſu.*

53. *Quid ea de re a ſaeculo quarto, ac deinceps vſque ad aetatem Crodegangi?*

54. *Vtrum et in quo hodierna Cathedralium Capitula cum vetuſtiſſimo illo Eccleſiarum Senatu adfinitatem habeant?*

§. LI.

DE ECCLESIASTICO SENATV A DVOBVS PRIMIS ECCLESIAE SAECVLIS.

Multi varia, dum hactenus de poteſtate tractabamus Epiſcoporum, ſiue in conſtitu-

loniam et *Aquisgranum*, celebratiſſimi olim nominis a palatio regum *Francorum.* Can. 4. de an. 779. „ vt Epiſcopi de Presbyteris et Clericis intra illorum parochiam poteſtatem habeant ſecundum Canones. „ Can. 7. Vt unusquisque ſuam decimam donet, atque per juſſionem Pontificis diſpenſetur, „ De his plura erudite elucubrauit Georgius ab Eckardt conſil. intim. *Herbip:* rerum Franc. lib. 24. §. 181. fol. 661. autor celebratiſſimus. Haec de ſaeculo octauo usque ad *Crodegangi* initia; ubi alia ſubingrediebatur rerum metamorphoſis, vel ut dabunt per decurſum commemoranda.

Digitized by Google

ſtituendis, ſiue alendis Eccleſiae Miniſtris, inoffenſo pede decurrebamus veſtigia, quibus aliorum quoque Clericorum ingeruntur adjuuamina, quorum moderamine ſacri Praeſules ſuo in eccleſiaſtico ſubleuarentur regimine, atque Eccleſiarum bono ſagaciori conſuleretur prouidentia, quo ſplendidiori illi conlucebant virtute, vtputa Epiſcopis deuinctiſſimi, ac obſequentiſſimi, quibuscum ſuos quodammodo hi partirentur labores, ac ſollicitudines, atque quibusdam quaſi lineis hodierna noſtra Capitula praeformarentur. Primos ejuscemodi ductus in Apoſtolorum actibus, et Pauli ſcriptis conſpicimus. *a*) Eam doctri-

a) Actor. 13. „ Erant autem in eccleſia, quae erat Antiochiae, Prophetae et Doctores, in quibus Barnabas et Simon, qui vocabatur niger, et Lucius Pyrenenſis, et Manahen ... et Saulus. .... Tunc jejunantes et orantes, imponentesque eis manus, dimiſerunt illos. Cap. 15. a v. 2. Facta ergo ſeditione non minima Paulo et Barnabae aduerſus illos, ſtatuerunt, vt aſcenderent Paulus et Barnabas, et quidam alii ex aliis, ad Apoſtolos et Presbyteros in Ieruſalem, ſuper hac quaeſtione. .... Cum autem veniſſent Hieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab eccleſia, et ab Apoſtolis, et ſenioribus. .... Conueneruntque Apoſtoli et Seniores, videre de verbo hoc. „ 1. Ad Tit. c. 4. v. 14. Noli negligere gratiam, quae eſt in te, quae data tibi per prophetiam cum impoſitione manuum *Presbyterii*. cap. 5. v 19. Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. „

doctrinam S. *Ignatius* S. *Joannis* Apoſtoli cum S. *Polycarpo* Diſcipulus ad poſteros traduxit. *a*) Haut abſimile ab *Ignatii* Doctrina perhibet teſtimonium, et vetuſtate et litteratura, celebratiſſi-

a) Epiſt. ad *Magneſios* ap. Fleur. H. E. l. 3. §. 6. Exhortor Epiſcopum, qui Dei loco praeſidet, et Preſbyteros, qui *SENATUM APOSTOLORUM* referunt, et Diaconos mihi chariſſimos, quibus commiſſum eſt myſterium Ieſu Chriſti. . . . Sicut Dominus nihil fecit nec per ſe, nec per Apoſtolos ſuos ſine patre, cui vnitus eſt, ita nihil absque Epiſcopo et Presbyteris faciatis. „ Epiſt. ad *Trallenſes* ap eund. l. c. §. 7. „ Quamdiu ſubditi eſtis Epiſcopo veſtro tanquam Ieſu Chriſto, viuere mihi videmini non ſecundum hominem, ſed ſecundum Ieſum Chriſtum. . . . Neceſſarium igitur eſt, ſicut moribus veſtris obſeruatis, vt absque Epiſcopi conſenſu et approbatione nihil fiat, ſed vt ſubjiciamini etiam Presbyteris, tanquam Apoſtolis. Atqui etiam Diaconi Ieſu Chriſti myſteriorum miniſtri omnibus, et omni modo accepti ſint; Nam eorum miniſterium non ad cibum et potum attinet, ſed ſeruitium eccleſiae Dei; ideo Diaconi omnem culpam effugiant; omnes autem honorent Diaconos tanquam a Ieſu Chriſto conſtitutos; Epiſcopum vereantur, tanquam patris imaginem, Presbyteros tanquam Dei *SENATUM* (*Eſpen* part 1. I. E. U. tit. 8 c. 1. n. 1. legit *Conſiſtorium ſacrum*) et Apoſtolorum ſocietatem; ſi hos auferas, nulla erit eccleſia. . . . Epiſcopo et Praesbyteris juxta praeceptum Dei ſubditi eſtote. „ Epiſt ad *Philadelphios* l cit. §. 9 „ vnum altare, ſicut vnus Epiſcopus cum Presbyteris et Diaconis confratribus meis. . . . Vniti eſtote Epiſcopo, Presby-

bratiſſimus *Origenes* ſecundum *Fleurii* computum anno centeſimo octogeſimo quarto natus; qui libro aduerſus *Celſum* de *Epicuri* grege Philoſophum hortatu amiciſſimi ſui *Ambroſii* ſcripto habet. *a*)

§. LII.

teris, et Diaconis. „ Epiſt. ad *Smirnenſes*. §. 10. „ Obedite Epiſcopo, ſicut Ieſus Chriſtus obedit patri ſuo. Obedite Presbyteris, ſicut Apoſtolis. Diaconos honorate, tanquam ex praecepto Dei conſtitutos. . . . Vbi Epiſcopus comparet, ibi et multitudo congregetur, ſicut ubi Ieſus Chriſtus eſt, ibi eſt eccleſia Catholica.„ Similia ſaepius ingerit epiſtola laudata, non minus ac illa ad *Polycarpum* l. c. § 11. Huc non abs re referri valet, quod narrat *Epiphanius* haeres. 42 ab initio, contigiſſe circa annum 150. videlicet, quod, cum *Marcion* Eccleſiam Dei inlibatam ſcinderet, atque ob id flagitii genus a communione dejectus, ſuſceptionem in eandem ab Senioribus Eccleſiae *Romanae* ac Presbyteris enixius efflagitaret, repulſam tulerit. „ Venit *Romam*, quum mortuus eſſet *Hyginus* E R. . . . et cum ſenibus ac ſuperſtitibus a diſcipulis Apoſtolorum congreſſus, petebat, vt in congregationem reciperetur, et nemo id ipſi permittebat. . . . Et incipit proponere Presbyteris illius temporis hanc quaeſtionem . . . et vbi hoc audiuiſſent mites ac ſanctiſſimi ſanctae Dei eccleſiae Presbyteri ac Doctores. „

a) Ap. *Fleur*. l. 7. §. 18. „ Si *SENATVM* eccleſiarum cum vnius cujusque ciuitatis profano ſenatu in comparationem vocaueris, facile diſpicies, ſenatores eccleſiaſticos viros eſſe digniſſimos, qui electo Dei gregi praeſint; econtra ſenatores ciuiles nihil ordine ſuo dignum moribus praeferre, nec quidquam in eis eſſe,

§. LII.

DE EODEM ARGVMENTO IN SAECVLO TERTIO, AC S. *CYPRIANI* POTISSIMVM SENSV.

Apud ſanctum *Cyprianum* Eccleſiae fulgentiſſimum ſidus, ac anno 248uo creatum Epiſcopum *Cathaginenſem* extat epiſtola tertia Cleri Romani ad Clerum *Carthaginenſem a)* quo tempore per *Fabiani Romani* Pontificis Martyrium ſedes ſuprema ſuo capite extorris reddita eſt; atque etiam *Cyprianus* fuga ſibi conſuluerat. Ex quo pronum eſt, colligere, Presbyterium non modo a Conſiliis fuiſſe Epiſcopo praeſenti, ſed et ad idem, epiſcopali ſede vacante pertinuiſſe Praefecturam, ſolicitudinemque Eccleſiarum, ad eundem ferme modum, quo dilabentibus poſtea ſaeculis Eccleſiae Cathedralis Capitulum officio fungitur, et vice Epiſcoporum. Iidem *Romanae* Eccleſiae

quo ſupra ciuium vulgus emineant. Si inter chriſtianorum Epiſcopos et vrbium praetores comparatio inſtituatur, Epiſcopos noſtros et Presbyeros etiam tepidiſſimos, et a perfectionis culmine remotiſſimos morum ſanctitate longiſſime magiſtratus veſtros antec ellere apparebit. „ Ex qua *Origenis* apud *Fleurium* epitome ſatis monſtratur, Presbyteros eccleſiae Senatores extitiſſe, Epiſcopos vero praeſides apud fidelium conventus.

a) Apud *Cabaſſ.* diſſ. de ſenatu priſc. Epis. ibi „ Et cum incumbat nobis, qui videmur praepoſiti eſſe vice paſtoris, et cuſtodire gregem. „

ſiae Clerici ad *Cyprianum* ſaepius epiſtolas dedere, *a*) quibus ibidem *Cyprianus* reſpondit. *b*) Mora autem pluſculum largiori intercedente, vſque dum S. Sedes nouo gauderet Praeſule, *Cyprianus Romanum* interpellat Presbyterium, *c*) cui a *Romano* itidem Clero reciprocae redhibentur. *d*) Atque dum *Fabiani* Martyris ſedem *Cornelius* Papa conſcenderat, ad *Cyprianum* de Clero *Romano* tanquam Senatu ſuo in Concilio a ſe habito mentionem facit. *e*) Plurima omnino ſunt in S. *Cypriani* literis. Saepe ille ſuas inſcribit epiſtolas Presbyteris, quo intelligimus, quantum ſibi cordi fuerint eorum Presbyterorum Conſilia, quorum in inſcriptione meminit, adſeritque, Praepoſitos Diaconosque prae ceteris diſciplinae

 Eccle-

a) L. 2. ep. 7. edit. *Baſil.* oper. *Cypriani* de an. 1521. „ Cypriano Papae Presbyteri et Diaconi Romae conſiſtentes, ſalutem. „ Item „ Nobis tamen anxie curantibus, vt nec pronam noſtram improbi homines laudent facilitatem, nec vere poenitentes accuſent noſtram quaſi duram crudelitatem. „ En cleri *romani* authoritatem!

b) L. 3. ep. 5. „ Cyprianus Presbyteris et Diaconibus Romae conſiſtentibus fratribus ſalutem. „

c) Ep. 23 et. 29. ap. *Cabaſſut.* cit.

d) Ep. 30. et 31. ap. eund.

e) Ep. 46. ap. eund. „ Omne igitur actu ad me perlato placuit contrahi Presbyterium. Adfuerunt etiam Epiſcopi quinque, qui et hodie praeſentes fuerunt, vt firmato concilio, quid circa perſonam eorum obſeruari debet, conſenſu omnium ſtatueretur. „

Digitized by Google

Eccleſiaſticae ſtudioſos eſſe oportere, quod praeſint. *a*) atque quod eorum Eccleſia regatur conſilio. *b*) Nihil magnae rei moliebatur *Cyprianus* inconſulto Capitulo ſuo, id eſt, Presbyterorum et Diaconorum ſuorum coetu (quod velut Capitulum conſiderari haut abs re valet) Heinc et cum Presbyteris, Diaconisque et Epiſcopis tractari vult cauſſam lapſorum. *c*) Et alia multa. *d*) §. LIII.

a) Lib. 1. ep. 11. cit. edit Baſileen. „ Cyprianus Caecilius, Victor Sedulus, Tertullus cum Presbyteris, qui „ cet. Item l. cit. „ Quum omnes omnino diſciplinam tenere oporteat, qui *exemplum* et *documentum* coeteris de conuerſatione et moribus ſuis praebeant. „ Item lib. 3. ep. 13. Clerus R. *Cypriano* ſcribit. „ Cypriano fratri Maximus, Vrbanus, Sidonius, et Macarius ſalutem. Certi ſumus, frater chariſſime! te quoque nobiſcum pari voto congaudere, quod nos habito concilio, vtilitatibus eccleſiae et paci magis conſulentes omnibus rebus praetermiſſis, et judicio Dei ſeruatis Cornelio Epiſcopo noſtro (erat is S. Cornelius PP.) et cum uniuerso clero pacem feciſſe. „

b) Lib. 2. ep. 7. Jam cit. quae eſt illa Cleri *Romani*. „ Quod te frater Cypriane facere non eſt mirum, qui pro tua verecundia et ingenita induſtria conſiliorum tuorum nos tam non iudices voluiſti, quam participes inueniri, vt in tuis rebus geſtis laudem tecum, dum illas probamus, inueniremus, et tuorum conſiliorum cohaeredes, quia et affirmatores eſſe poſſemus. „

c) Lib. 4. ep. 2. quae eſt ad *Antonianum de Nouatiano*. „ Quod etiam ad Romanum Clerum tunc adhuc ſine Epiſcopo agentem, et ad confeſſores Maximum presbyterum, et cete-

Digitized by Google

§. LIII.

QVID EA DE RE A SAECVLO QVARTO, AC DEINCEPS VSQVE AD AETATEM *CRODEGANGI*?

Neque Senatus hujus eccleſiaſtici documenta ſaeculo quarto deſunt. Primum ex Oecumenicis inſigne prorſus Concilium *Nicenum I.*

I 4 a) Epiſ-

ros in cuſtodia conſtitutos, nunc in eccleſia cum Cornelio, Junctos ſcripſi .... ſic collatione conciliorum cum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, confeſſoribus pariter ac ſtantibus Laicis facta, lapſorum tractare rationem. „ Huic additur ſtantibus confeſſoribus et Laicis, vtpote quorum non exquirebatur conſilium.

d) L. 3. ep. 10. ad Presbyt. et Diacon. „ Vt ea, quae circa eccleſiae gubernaculum vtilitas communis expoſcit, tractare ſimul et plurimorum conſilio examinata delimare poſſimus. „ .... Doleo enim, quando audio, quosdam improbe et inſolenter diſcurrere ad ineptias, vel ad diſcordias vacare, Chriſti membra etiam Chriſtum confeſſa per concubitus illicitos inquinari: Nec a Diaconis aut Presbyteris legi poſſe. ... Ad id vero, quod ſcripſerunt mihi Conpresbyteri noſtri *Donatus* et *Nouatus* et *Curdius*, ſolus reſcribere nil potui, cum a primordio Epiſcopatus mei ſtatuerim, nihil ſine conſilio veſtro et ſine conſenſu plebis mea priuatim ſententia gerere. „ Lib. 4. ep. 10. „ Admonitos vos et inſtructos ſciatis dignatione diuina, vt *Numidius* Presbyter adſcribatur Presbyterorum Carthaginenſium numero, et nobiſcum ſedeat in Clero. „ Qui plura noſſe cupit, adeat ipſos *Cypriani* epiſtolarum libros.

Digitized by Google

a) Epiſcopos, Presbyteros, Diaconosque vetat, vna ex Eccleſia in aliam commigrare, atque quum coepiſſent Diaconi in Presbyteros inſoleſcere, monentur ordinis ſui meminiſſe, quanquam reliquis praeſint Clericis, Laicisque. b) Superior igitur hic Clerus erat Epiſcopo conjunctus, ſubjunctusque, reliquo et Clero et populo Senatus praeeminens, imperitansque, et quaſi Capitulis noſtris Cathedralibus hodiernis praeludens. Simile quid legimus in Concilio *Laodiceno*. c) Ex quo, quantum tunc jam authoritatis vſurpatum fuerit a Diaconis, adparet. Inde Philacteria paulo largius dila-

a) *Concil. Nicen.* de an. 325. Can. 15. „ Propter multam perturbationem et ſeditiones, quae fiunt, placuit conſuetudinem omnimodis amputari, quae praeter regulam in quibusdam partibus videtur admiſſa, ita, vt de ciuitate in ciuitatem non Epiſcopus, non Presbyter, non Diaconus transferatur. Siquis autem poſt definitionem ſancti et magni concilii tale quid agere tentauerit, et ſe hujuscemodi negotio manciparit: hoc factum prorſus in irritum ducatur, reſtituatur eccleſiae, cui fuit Epiſcopus, aut Praesbyter vel Diaconus ordinatus. „ Ref. Can. Non oportet 19. C. VII. q. 1.

b) Can. 18 circa medium. „ In ſua Diaconi menſura permaneant ſcientes, quod Epiſcoporum quidem miniſtri ſint, inferiores autem Presbyteris habeantur Per ordinem ergo poſt Presbyteros gratiam S. communionis accipiant, aut Epiſcopo aut Presbytero porrigente. „ Ref. can. *Peruenit.* 14. Diſt. 93.

c) De an. 363. can. 20. „ Quod non oporteat Diaconum coram Presbytero ſedere, ſed juſ-

dilatabant ſua, ita, vt Presbyteris non raro, imo et Epiſcopis debitam detrectarent reuerentiam, vt ſupra adductum eſt, pluraque perhibent Concilia. In eandem ibat ſententiam *Siritius* PP., qui ab anno 383. ad an. 392. ſummum tenuit Pontificatum. *a*) Subfragatur quoque *Hieronymus b*) in epiſtola *ad Ruſticum*; in ep. ad *Nepotianum Hieronymus* luculenter expreſſit, quibus vltro citroque certare debeant officiis Epiſcopi, Clericique. Id quod ferme forma erat Capitulorum poſtea

 exur-

ſione *P*resbyteri ſedeat. Similiter autem et Diaconis honor habeatur ab obſequentibus, id eſt, Subdiaconis, et omnibus Clericis. „ Ref. Can. Non *oportet*. 15. D. 93.

a) Epiſtola 2. quae eſt contra *Jouinianum* haereticum ap. *Crabbe* Tom. 1. Conc. fol. 244. ibi „ Facto ergo *P*resbyterio conſtitit doctrinae noſtrae, id eſt, Chriſtianae Legi eſſe contraria. Vnde Apoſtolicum ſequuti praeceptum, quia aliter, quam quod accepimus, annuntiabant, omnium noſtrorum tanquam *Presbyterorum* et *Diaconorum*, quam etiam totius Cleri vnam factam eſſe conſtat ſententiam. etc.

b) Ep. cit. „ Singuli eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipresbyteri, ſinguli Archidiaconi, et omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. „ Ap. *Cabaſſ.* ſupra cit. In epiſt. ad Nepotianum habet. „ Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non Dominos: honorent Clericos, quaſi Clericos; vt et ipſis a Clericis quaſi Epiſcopis honor deferatur. Scitum eſt illud oratoris *Domitii*. Cur ergo te, inquit, habeam vt principem, cum tu me non habeas Senatorem? quod

exurgentium. Poſt *Hieronymum* S. *Ambroſius* Epiſcopos hortabatur, tanti vt haberent Clericos, praeſertim Diaconos, vt eosdem velut Corporis ſui membra aeſtimatos miniſteriis digniſſimis adplicarent; *a*) et qua cum verecundia Presbyteros, Diaconoſque ſpectari oporteat, docet. *b*) Plura de ſubſequentibus congerere ſaeculis, non adeo magni momenti rem fore, duximus; quod illa ex productis tum de inſtituendorum, tum ſuſtentandorum Clericorum Miniſtris epiſcopali

Aaron et filios ejus: hoc Epiſcopum et presbyteros eſſe nouerimus: Vnus Dominus: vnum templum, vnum ſit etiam miniſterium . . . . Peſſimae conſuetudinis eſt, in quibusdam Eccleſiis tacere *Praesbyteros*, et praeſentibus Epiſcopis non loqui, quaſi aut inuideant, aut non dignentur audire. „

a) *Ambros.* lib. 1. offic. cap. 27. „ Epiſcopus vt membris ſuis vtatur Clericis, et maxime miniſtris (nota: Miniſtrorum nomine Diaconi veniunt) qui ſunt vere filii: quem cuique viderit aptum muneri, deputat. „

b) Idem lib. 2. cit. cap. 24. „ Sacerdotem beneficiis ſuis, vel judiciis fauere convenit, vt aequitatem cuſtodiat, et presbytero vel miniſtro deferre, vt parenti. Neque eos, qui ſemel probati ſunt, arrogantes eſſe oportet; ſed magis tanquam memores gratiae, humilitatem tenere: neque offendi ſacerdotem, ſi aut *Presbyter*, aut Miniſter, aut quisquam de Clero aut miſericordia aut jejunio, aut integritate, aut doctrina aut lectione exiſtimationem adcumulet ſuam. „

li poteſtate abunde ſeſe manifeſtent: Ad quae addenda ſunt, quae tum de Canonicorum, tum Parochorum primitiuorum origine adſtruebamus. *a*) Solum aliqua S. *Gregorii M.* teſtimonia adire, ac perſcrutari placet. *b*)

§. LIV.

VTRVM, ET IN QVO HODIERNA CATHEDRALIVM CAPITVLA CVM VETVSTISSIMO ILLO ECCLESIARVM SENATV ADFINITATEM HABEANT?

Si, vt antiquitatis delicias curioſius, ſed et ſapidius guſtemus, poſtules, quaenam illa ſint momenta, in quibus noſtrorum recentiorum ſaeculorum Capitula ab illo primaeuae antiquitatis Senatu eccleſiaſtico aut diſcriminentur,

a) Cap. 4to. §. 43. et cap. 5. §. 49. hujus operis.

b) Lib. 9. ep. 22. De *Probo* Abbate Monaſterii S. *Andreae*, et teſtamento ejus. „ Conſidentibus Epiſcopis et *Presbyteris* (qui ibi recenſentur) .... Probus Abbas, quem abeſſe paululum feceramus, rurſus adueniat, ut ea, quae nobis cum fratribus, filiisque noſtris in commune viſa ſunt, cenſeamus. „ lib. 11. ep. 13. ad *Maximum* Epiſc. Salonit, de ſcriptis ejus ſine ſubſcriptione non ſuſcipiendis. „ Quia ergo haec res nos valde fecit ambigere, et cautos eſſe debere praemonuit, ſi cauſſam vultis dicere: inſtructam de coetero perſonam cum mandato legaliter facto: tuis ac *Presbyterorum* ſeu *Diaconorum* in teſtimonium ſubſcriptionibus roborato, ... tranſmittatur, vt ... poſſit jure ſubſiſtere. „ Et alibi plura.

tur, aut eidem aequiparentur, ſequentia notatu digna haut difficulter obcurrent. *Imo.* Non conſtabat Clerus iſte primitus, niſi Presbyteris, et Diaconis, reliquis inferioribus Clericis (qui non ordines ſuſcipiebant, ſed officia tantum ſecundum eas, quae ſupra, §. 30 congeſtae ſunt rationes) temporis lapſu pro Eccleſiarum neceſſitate conſtitutis. *IIdo.* Presbyteri hi, et Diaconi Parochi ipſi erant, et Paſtores omnium Ciuitatis Eccleſiarum; aut ſi necdum diuulſae eſſent a Cathedrali Parochiae, in ea ipſa Parochorum obibant munia. *IIItio.* Ipſa ſua ordinatione gradum hunc, dignitatemque conſequebantur: Nam Presbyteratus et Diaconatus peraeque, ac Epiſcopatus, beneficia erant, non ordines tantum; et id genus erant beneficia, quibus certo ſuo modo incumberet ſalutis animarum cura. *IVto.* Clerus etiam nunc *Romanae* Eccleſiae formam prae ſe fert expreſſiſſimam illius Cleri, qui olim ſingulis in Eccleſiis Cathedralibus Epiſcopo copulabatur. Conſtat etenim *Romani* Pontificis Clerus Presbyteris, Diaconisque Cardinalibus, ſeu Titularibus Eccleſiarum omnium *Romae* parochialium, Parochis cum Pontifice, et ſub Pontifice in idem conſentientibus, et conlaborantibus *Romano* in Conſiſtorio de negotiis omnibus, quae ex Pontificia ſpiritali ditione, ex vniuerſo, intellige, orbe Chriſtiano *Romam* referuntur. *Vto.* Presbyteri, Diaconique ciuitatis Epiſcopalis eminuere, ac praeſti-

praeſtituti fuere Presbyteris, Diaconisque ruris, ſeu agreſtibus Parochis. Vnde hi vetantur a Concilio *Neocaeſareenſi a*) in Cathedrali Eccleſia rem facere, ſi Epiſcopus, vel ſiquis adſit Presbyterorum Vrbis. Si abſint hi omnes, tunc eorum vicem illi ſubplebunt. *VIto.* Epiſcopi alii, ſede ſua aut fato quodam dejecti, aut expulſi, aut illuc remeare impediti, Vrbani Cleri ſocietate gaudere poterant, atque inter eosdem conſidere. *b*) Id quod argumento eſt, eum ciuitatis Clerum reliquos deforis Clericos honore, et dignitate anteceſſiſſe. *VIImo.* Vt plurimum ea aetate Presbyteri illi ciuitatum digni cenſebantur, qui et ipſi Epiſcopatus inſignirentur et honore, et charactere, quum eorum ex gremio alibi frequenter fuerint Epiſcopi delecti, atque ordinati. *VIIIuo.* Migrante e terris Epiſcopo, aut eo etiam abſente, Dioeceſin vniuerſam

a) Can. 13. „ *Presbyteri* ruris in eccleſia ciuitatis, Epiſcopo praeſente, vel *Presbyteris* vrbis ipſis, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero abſentes hi fuerint, et ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt. „ etc. Tom. 1. CC. G. p. 151.

b) Ex concilio Ancyran: can. 17. „ Si qui Epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa *Parochia*, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, et vim praeſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando: hos abjici placuit. Quodſi voluerint in *Presbyterii*

Digitized by Google

ſam adminiſtrabat Clerus Eccleſiae Cathedralis, tractandis his ſacris habenas, ſuperſtite Epiſcopo, jam edoctus, et inſuefactus. Quanquam haut diffiteamur, viduatae Eccleſiae majora, potiſſimaque negotia futuro Epiſcopo intacta fuiſſe relinquenda. *a*) Noſtro hoc aeuo in Eccleſiis, praeter *Romanam*, Cathedralibus Presbyteri ſimiliter ſunt, Diaconi, atque etiam Subdiaconi, poſtquam ordo hic inter ſacros locum conſecutus eſt ordines. Iidem eo ipſo, quod de Eccleſiae Cathedralis Clero principali ſint, Epiſcopis in Regimine adſiſtunt, ita, vt non pauca ſint, quae ſic decernentibus recentioribus juribus, Pontificum decretalibus, ſtatutis, conſuetudinibus, Capitulationibus legitimis etc. absque eorundem conſenſu SS. Praeſules conficere, aut tractare haut queant: atque ſuo in regimine ad ea omnia reſpicere, conſueuerunt; quae praeſtitutum nobis finem non adtingunt.

CAPVT VII.

Num durante ea beneficiorum diſciplina antiqua ab Eccleſiae exordio vita Clericorum exstiterit communis vſque ad *Crodegangi* initia? *ARGV-*

ordine, vbi prius fuerant, vt Presbyteri reſidere, non abjiciantur propria dignitate. „ &c, Tom 1. cit. p. 148. Ref. can. *Siqui.* 6. D. 92.

a) Vide ſis doctiſſ. *Thomaſſinum.* D. E. part. 1. l. 3. c. 7.

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 55. Vtrum Apoſtolorum, atque illis proximiori aetate Clerici vitam vixerint communem ab alia fidelium ſaecularium viuendi ratione contradiſtinctam?

56. Proſecutio ejusdem thematis.

57. Quid de vita Clericorum communi ſentiendum tum ex Orientis, tum Occidentis Patribus a ſaeculo quarto vſque quintum?

58. Vtrum non clariora ſaeculo ſexto deprehendantur vitae apud Clericos communis documenta?

59. Qualia ex ſaeculo ſeptimo adpareant veſtigia?

60. Qualia ſaeculo octauo ante Crodegangi initia?

§. LV.

VTRVM APOSTOLORVM, ATQVE ILLIS PROXIMIORI AETATE CLERICI VITAM VIXERINT COMMVNEM AB ALIA FIDELIVM SAECVLARIVM VIVENDI RATIONE CONTRADISTINCTAM?

Quum pluribus hactenus commonſtratum iueramus, qui a primis vsque ad *Crodegangi* auſpicia tum inſtituendorum, tum alendorum Clericorum fuerint mores; Aſt de vita, quam tum viuebant Clerici, vtrum communis illa fuerit, nec ne, loqui praetermittebamus, praeſenti illud capite enucleandum ſumſimus. Oppido conſultum, ac vix non neceſſarium judicamus, ea de re inſtituere ſermonem, quae clariorem veteris Diſciplinae ejusque poſtea immutationis ingerere notitiam

tiam queat. Inde diſpicimus, qualiter mutata Diſciplinarum oeconomia, mutata quoque ſint jura, aliamque in indolem transformata; jura, inquam, et vel potiſſimum primigenia Epiſcoporum, quae adoptata tum horum eorundem, tum reliqui Cleri alia uiuendi ratione in alios commigrarunt. Ad rem. A tempore quidem Apoſtolorum ſuſtentabantur Chriſti Miniſtri ex communibus Eccleſiae prouentibus, vita tamen ad inuicem communi non viuebant ſoli Clerici, ſed fideles primitus omnes bonorum inter ſe adoptabant communionem, ex quibus ſiue Clerici illi fuerint, ſiue Laici, pro neceſſitate victitabant. Eo minus autem illorum temporum tempeſtatibus ſejuncta a fidelibus laicis Clericorum conuiuendi ratio fuiſſet adcommodata, quo atrociores erant perſecutionum procellae, quae iſtiusmodi Conſociationi innumera inuehebant obſtacula: quibus tamen nil remorantibus fortiſſima nihilominus fuerant in fide et charitate, queis cuncti Chriſti fideles conligabantur, vincula. Maleuolorum praeterea Inuidia eosdem ita exagitauerat, vt bonis omnibus ſumma injuria exuti, praeſtandis, velut adſuefacti erant, oblationibus redditi inſufficientes aliorum etiam credentium indigerent ſuppetiis, cujus rei cauſſa bis *Antiochiae* primum, ac demum in *Achaja* et *Macedonia*, ad illis in *Judaea* opitulandum, conquirerentur. Spreuerunt porro eo infeſtationum tumultu

multu fideles vniuerſim opes; atque multo ſolertius Clerici, quorum pars ſolus fuerat Dominus, ex iis, quae ſibi obueniebant, oblationibus, vitam tolerantes, quin multum, quo velut in ſocietate ex bonis communibus conuiuerent, curarent. Nec proferri hanc in rem valet *Eſſenorum* ſecta: Etenim dubitandum equidem haut eſt, Eccleſiam *Alexandrinam* non exigua ex parte ex Judaeis potius, quam *AEgyptiis* a *S. Marco* eſſe collectam, de quo *Baronius*; *a*) Aſt Laici illi fuerunt ex *Judaiſmo* ad Chriſtum adducti, et Monachorum

 viue-

a) Tom. 1. Annal. ad an. 64. a num. 3. „ His viſis, decet, vt quae de eccleſia *Alexandrina* ab eo inſtituta ſcribit S. *Hieronymus* de ſcript. Eccl. in *Marco*, recenſeamus; eademque an in omnibus vera conſiſtant, diligentiori examine diſquiramus; Sic enim ait: *Conſtituit Eccleſiam tanta doctrinae, et vitae continentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Denique Philo diſſertiſſimus Judaeorum, videns Alexandriae primam eccleſiam adhuc Judaizantem; quaſi in laudem gentis ſuae librum ſuper eorum conuerſatione ſcripſit: et quomodo Lucas narrat hieroſolymae credentes omnia habuiſſe communia; Sic ille, quod Alexandriae ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriae tradidit.* Hucusque Hieronymus. Eſt hic Phylonis liber de vita contemplatiua, ſiue de ſupplicibus inſcriptus. De Phylone haec quoque habet. *Philo Judaeus natione Alexandrinus, de genere ſacerdotum, idcirco a nobis inter ſcriptores eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci euangeliſtae apud Alexandriam ſcribens eccleſia, in noſtrorum laude*

Digitized by Google

verſatus eos: Non ſolum eos ibi, ſed in multis quoque prouinciis eſſe commemorans et habitacula eorum dicens monaſteria. Ex quo apparet, talem primam in Chriſto credentium fuiſſe eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur, et cupiunt, vt nihil cujusquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur et pſalmis, doctrinae quoque et continentiae, quales et Lucas refert primum Hieroſolymis fuiſſe credentes. Haec ipſe, ſectatus haut dubie Euſebium (lib. Hiſt. 2. c. 15. 16.) qui ea de chriſtianis ſub Eſſenorum nomine a Philone ſcripta eſſe contendit, pluribusque id ipſum probare conatus eſt. „ Num. 1. „ Ep. 4. Epiphanius quoque in eandem plane conſpirat ſententiam, qui ait. (Haeres 29) *reperies autem ſtudioſe etiam hoc argumentum in commentariis Philonis, in libro de Eſſaeis ab ipſo inſcripto: qui horum conuerſationem, et laudes eorum exequens, et monaſteria ipſorum in vicinia circa Mariam (Maris) paludem recenſens, non de aliis quibusdam narrauit, quam de chriſtianis.* Haec et alia plura Epiphanius, inſinuans Philonem de Eſſaeis, hoc eſt, Ieſſaeis eſſe locutum, non de Eſſenis: Ieſſaeos enim a Ieſu, ſiue a Ieſſe, ex quo Chriſtus ſecundum carnem, affirmat nominatos eſſe Chriſtianos ipſo exordio naſcentis Eccleſiae. Eosdem, qui erant in Ægypto, Eſſenos fuiſſe Chriſtianos, Caſſianus (l. 2. c. 5. de inſt. Coenob) etiam exiſtimaſſe videtur, dum aſſerit, Ægyptios Monachos a Marco eſſe inſtitutos. Pro qua ſententia porro laudat Baronius Chryſoſtomum, Sozomenum, Cedrenum, Bedam. de his Eſſenis plura commentatus, eosque ab Eſſenis, quos in Iudaea commoratos deſcribit Ioſephus Iudaeus, diſtinquendos commonſtrans. Item num. 11. „ Sed et illud magnopere conſiderandum. Eſſenos non alibi, quam in Iudaea,

numeroque fuiſſe ſupra quatuor millia, vt Ioſephus (Antiq. l. 18. c. 2.) teſtatur: quod quidem et Philo confirmat in eo libro, quem inſcripſit: *quod liber ſit omnis ſapiens.* At cum idem Philo in libro, quem de *vita contemplatiua* conſcripſit, dicat, ejusmodi genus hominum apud Alexandriam magno eſſe numero, imo et in aliis Ægypti regionibus agere, quin inſuper et in multis orbis partibus; ac etiam addat, idem vitae genus a Graecis et Barbaris eſſe receptum: ſatis manifeſte declarat, non niſi de chriſtianis eſſe locutum, qui ubique terrarum, et ex omnibus gentibus ejusdem vitae, his primis eccleſiae temporibus, in eundem ferme modum inſtitutum excolerent. Quis enim unquam legit Graecos, vel Barbaros factos Eſſenos, vel Iudaeos Eſſenos in aliis orbis prouinciis reperiri? Sic igitur cum poſt Chriſti aduentum Eſſenos, quos Philo deſcribit, ab antiquis Iudaeis Eſſenis differre certum ſit; alios hos, diuerſosque ab illis jure eſſe cenſendos, nempe Chriſtianos, qui auguſtiorem ſublimioremque vitam a ſuis majoribus ſuerint amplexati, merito, jureque dici poſſe videtur. Et vnde, rogo, tantopere poſt Euangelii praedicationem teſtando *Philone*, longe lateque per orbem auctus eſt numerus Eſſenorum; niſi quod iidem erant Chriſtiani, praedicatione Apoſtolica vbique gentium propagati? Quodſi et obſervationem diei Sabbati *Philo* in Eſſenis commendat; haut mirum eſt, cum et Apoſtolos Iudaizaſſe, eorum acta teſtentur. Hocque eſt, quod prouide S. Hieroymus ait: *Videns Philo Judaeorum diſſertiſſimus, primam eccleſiam adhuc judaizantem, quaſi in laudem ſuae gentis librum ſuper eorum conſeruatione conſcripſit.* Siue ergo velimus, dictos Chriſtianos apud Alexandriam agentes, quod ex Eſſenis ad fidem Chriſti veniſſent, eſſe nominatos Eſſenos, vel a *Philone* ſic apel-

Digitized by Google

viuebant vitam, quorum tunc praeludia ordiebantur, aut incunabula efformabant: ad maturitatem vero prouehebat *Antonius. a*) Retinuerunt eundem pro perfectione Chriſtiana flagrantiſſimum Zelum proxima poſt Apoſtolos

latos, quod magna ex parte Eſſenorum vitam viderentur imitari, vel quod non Eſſenos, ſed Ieſſaeos, vel Eſſaeos a contemplatione, vel ſanctitate eo nomine . . . libuerit nominare Chriſtianos: ſatis ex his omnibus conſtare arbitror, ipſum *P*hilonem ſecundum Euſebii, Epiphanii, Hieronymi, et aliorum ſententiam nonniſi de Chriſtianis eſſe locutum, ita tamen, vt licuit externo homini rerum noſtrarum ſecreta inexplorata habenti, et quae eſſent Iudaeorum Chriſtianorum, Iudaeis prorſus adſcribere cupienti. „ Ita *Baronius. Eſſeni* a *Philone* laudati iidem videntur cum *Therapeutis*, eu vitae contemplatiuae deditis. Conf. *Fleurium* H. E. L. 1. §. 4. et 15. Et lib. 2. §. 6. Quibus in locis de vtroque hujusmodi hominum genere tractat.

a) Idem *Baron:* Annal. Tom. 3. ad an: 328. n. 8. „ Cum ex omni hominum genere ad eum (*Antonium*) inuiſendum confluerent, et ab eodem ad contemtum ſaeculi et perfectae vitae ſtudium arripiendum ſedulo inuitati, idem vitae genus et inſtitutum capeſſerent; complura condidit monaſteria, coenobiticaeque ipſe primus vitae jecit in eremo fundamenta: adeo vt coenobitarum Monachorum idem inſtitutor ſit habitus, vel potius reſtitutor, ſi *Eſſenorum*, qui in Ægypto ſub Marco primo Alexandrinorum Epiſcopo floruerunt, ratio aliqua habenda eſſe videatur; quos chriſtianos fuiſſe ſuperius perſpicue demonſtrauimus.

Digitized by Google

ſtolos tempora, quibus Eccleſias rexerunt, ac inluſtrarunt SS. *Clemens* I. PP. *a*) *Ignatius* *b*) *Polycarpus* *c*) quorum epiſtolae illo exuberant ſpiritu, quem ab Magiſtris ſuis Apoſtolis hauſerant. Permixti viuebant cum Laicis Clerici, neque ſeparatam ab illis viuebant vitam, eoquod eadem vniuerſos animauerat Spiritus ſancti vnctio, idemque perfectionis ſtudium medullitus inuaſerat. Siue Clerici fue-

a) Duae potiſſimum *Clementis* ad *Corinthios* epiſtolae ab emunctioris naris criticis vt genuinus *Clementis* partus comprobatae ſunt. Exuberant hoc in argumento. Vid. ap. *P*. Wilibald. *Heis*. Tom. I. Vindic. quantumuis incompletiſſ.

b) Septem ſancto *Jgnatio* adtribuuntur epiſtolae toti retro antiquitati cognitae, ad *Ephesios*, *Magneſios*, *Trallenſes*, *Romanos*, *Philadelphios*, *Smirnenſes*, et ad S. *Polycarpum*. Ex ep. ad S. *Polycarp*: quantum ad rem noſtram ita hortatur *Smirnenſes* ap. *Fleur*. l. 3. §. 11. „ Episcopum audite, vt et Deus vos exaudiat. Libenter vitam darem pro illis, qui ſubditi ſunt Epiſcopo, *Presbyteris* et Diaconis, vtinam cum illis pars mea ſit in Deo. Omnia vobis ſint *COMMVNIA*, labores, pugnae, aerumnae, ſomnus, Vigiliae. „ Miſſa facio plurima alia vnionem laicorum cum Clero toto, qua poterat, niſu commendantia. Vid. *Fleurius* lib. cit.

c) *Polycarpus* epiſtola ad *Philippenſes* aliud ingerit nihil, niſi quod ſubgerebat ſpiritus ille, qui imbuebat corda Apoſtolorum eorumque ſequacium ſiue fidei doctrinam, ſiue mores reſpicias, aut diſciplinam, ap. *Fleur*. cit. §. 13.

fuerant, ſiue Laici; vix non eadem illis (ſi a Clericis matrimonium ſuſtuleris) probabatur viuendi ratio; excepto, quod inculcata fuerit Epiſcopis ac Presbyteris praeſtanda ſubjectio, ac Diaconis honor exhibendus; atque ea obligatio pro Cynoſura diuinum reſpiciat praeceptum.

§. LVI.

PROSECVTIO EJVSDEM THEMATIS.

Sancto *Polycarpo* anno circ. 167. fidem Chriſti, ſuperato viriliter igne, confirmanti coaeuus erat *Juſtinus*; ex cujus Apologia I. diſcimus, quinam mores fuerint Eccleſiae de bonorum temporalium aut cura, aut impendio, nullo interiecto inter Clericum aut Laicum diſcrimine. *a*) Ad ſaeculi ſecundi finem *Clemens Alexandrinus* profecto non ſtomachatus adeo

a) Ap. *Fleur.* H. E. L. 3. §. 38. „ Aliquando media, diuitias cumulandi et aliena rapiendi quaerebamus, nunc noſtra in confratrum leuamen communia facimus. Inimicos noſtros odio capitali proſequebamur, nec niſi cum confratribus juxta veterem conſuetudinem comedere dignabamur; at poſt aduentum Ieſu Chriſti omnes familiariter communicamus, et pro inimicis noſtris preces ad Deum fundimus. „ Item §. 41. „ Eadem myſteria alter alteri in memoriam reducimus: quibus opes ſunt, pauperes adjuuant, et ſemper conjuncti viuimus. „ Item loc. cit. „ Tunc ſanctificata inter praeſentes diſtribuuntur, et abſentibus per manus Diaconum deportantur. Opulentiores libere, prout volunt, ſtipem largiuntur, et quod eo modo

Digitized by Google

adeo fuiſſet in eorum Chriſtianorum audaciam, qui obuios ſibi per plateas fratres Chriſtianos alta voce ſalutare non erant verecundati, atque improuida hac comitate tum ſe ipſos, tum Confratres nec ſuadente vtilitate, nec conſtringente neceſſitate, periculo expoſuiſſent aut tormentorum, aut Apoſtaſiae, niſi illi, qui Chriſti profeſſi fuerant dogmata, ita ſeſe gererent, ne paſſim Gentilibus eſſent cogniti: *a*) quam cautelam expoſtulabant tum dirae, cum quibus conflictabantur, anguſtiae, tum ſagacioris prudentiae leges; quae omnia quam valida vitae Clericorum communi obpoſuerint obſtacula, facile quisque dijudicabit ex Idololatrarum furore in Clericorum magis, quam Laicorum capita debachante. Ab recenſitorum modo Patrum annis non longe aberat antiquiſſimus *Tertullianus*, qui majorem adfundit lucem vitae apud Chriſtianos rationis *b*) quibus abundantiſſime inſtruimur, Clericos, quamuis praeſidentia gauiſi

colligitur, apud Praelatum deponitur, quibus collectis ipſe orphanis, viduis, illis, qui per infirmitatem, vel quamcunque aliam cauſam ad inopiam redacti ſunt, captiuis et peregrinis ſuccurrit: vt verbo complectar omnia. Praelato omnium illorum, qui qualicunque neceſſitate praemuntur, cura incumbit. „

a) Paedag: Lib. 3. ap. *Fleur:* H. E. L. 4. §. 37.

b) *Tertullian:* Apolog: c. 39. ap. *Fleur.* H. E. L. 5. §. 9. circ. an. 202. „ Peſſimum futuri quondam judicii omen creditur, ſiquis ita peccet, vt orationum noſtrarum, conuentuum et

uiſi ſint nunquam non apud fideles; attamen eos ipſos iisdem tranſigendae vitae mediis vſos eſſe, ac ceteros fideles, quorum ſuſtentatio aliorum indiguerat ope: ac quemadmodum illi, ita nec hi communi vita conuixiſſe, praecipue dum nec indumenta, nec veſtitus eosdem a Laicis diſcriminarent: vitae igitur inter Clericos ſolos communis Diſciplina, quae poſterioribus inualuit ſaeculis, tunc omnino ignorabatur. Sancti *Cypriani* circa annum ducenteſimum quadrageſimum octauum *Carthaginenſis* Epiſcopatus ſolium ingreſſi epiſtolis edocemur, eam apud Chriſtianos viuendi formam, quae antecedentibus Eccleſiae duo-

ſacri commercii communione excludi mereatur. Ibi probatiſſimae virtutis Praesbyteri praeſident, hi ad honorem iſtum merito, non pecunia euehuntur; nam pecuniae et rerum ſacrarum nulla eſt proportio. Theſaurum quidem habemus, et religio nec emitur, nec venditur. Quisquis ſingulis menſibus modicam pecuniam adfert, ſiue quandocunque vult, ſi vult, et poteſt: nemo dare cogitur; liberrima eſt collatio. Eſt quaſi pium depoſitum, quod non inutilibus conuiuiis conſumitur, ſed alendis et ſepeliendis pauperibus, ſuſtentandis orphanis, ſenibus, naufragis, ad fodinas damnatis, in inſulas relegatis, aut religionis cauſſa in carcere gementibus impenditur. . . . Senſu et corde vniti omnia fratribus ſincere communicamus, omnia inter chriſtianos, exceptis uxoribus, communia ſunt. Quid igitur mirum, ſi tali animorum conſenſu ad communem menſam convenimus?"

duobus ſaeculis, inde ab Apoſtolorum aetate inuecta fuerat, nihil admodum mutationis ſubiiſſe; et dum ſubin tepor quiſpiam inrepſerat, eum inualeſcentis perſecutionis acerbitas exterminauit. Non Presbyteros duntaxat, Diaconos, ac ceteros Clericos, ſed et Confeſſores quoslibet *Fratrum* nomine compellat. Eadem cordi ſuo cura erat fidelium, miſerorum, aliorumque indigentium ſuſtentandorum, ac Clericorum, quos ſolis Eccleſiae decimis alendos conſtituit; *a*) nullo vnquam ſeſe prodente indicio, arculas fuiſſe, aut marſupia ſolis Clericis communia, quibus ſuis hi obuiarent indigentiis: aut certas conſtitutas fuiſſe praeter ſacros Conciliorum Canones regulas, ad quorum normam ſuos componerent mores, actionesque. De ſacris vero Conciliorum ſanctionibus vndequaque ſcitum eſt, eosdem de vita Clericorum communi ne apicem quidem vnum ſtatuminaſſe. Quin imo ex Concilio Generali Niceno I. eluceſcere videtur, Congregationes Clericorum in communi nihil tunc habuiſſe exiſtentiae; ſiquidem

a) Lib. 1. ep. 9. ad Clerum et *Plebem Furnit.* „Quae nunc ratio et forma in Clero tenetur, ut qui in eccleſia Domini ad ordinationem clericalem promouentur, nullo modo ab adminiſtratione diuina auocentur, ne moleſtiis et negotiis ſaecularibus alligentur, ſed in honore *ſportulantium fratrum* tanquam decimas ex fructibus accipientes ab altari et ſacrificiis non recedant, et die ac nocte coeleſtibus rebus et ſpiritualibus ſeruiant.„

quidem quasnam illi domi ſuae foeminas commorantes relinguere, ac contubernales poſſint, aut non poſſint, illic ſtatutum ſit; quae profecto congregationi hujuscemodi in communi refragantur, ac vitam potius notant priuatam ac ſingularem. *a*) Supra productis frequentiſſime in medium teſtimoniis vidimus, pluribus Conciliorum decretis ſancitum fuiſſe, vt Epiſcopus Clero cuilibet det pro ſuo merito et labore, quae particulares diſſimilaresque remunerationes quantum ſapiant proprietatem, ac vitae, vbi omnia ſint communia, contrarientur, nemo erit, qui non intelligat.

§. LVII.

QVID DE VITA CLERICORVM COMMVNI SENTIENDVM TVM EX ORIENTIS, TVM OCCIDENTIS PATRIBVS A SAECVLO QVARTO VSQVE QVINTVM?

Sanctiſſimi quidem extiterant ſaeculis quarto et quinto tum Orientis, tum Occidentis Epiſcopi, *Baſilius*, *Chryſoſtomus*, *Athanaſius*, *Euſebius*, *Ambroſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*; qui

a) Concil. *Nicen.* I. de an. 325. can. 3. „ Interdixit per omnia magna ſynodus: non Epiſcopo, non preſbytero, non Diacono, nec alicui omnino, qui in Clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem: niſi forte matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantum perſonas, quae ſuſpiciones effugiunt. „ Ref. can. *Interdixit.* 16. D. 32.

Digitized by Google

qui vitam vt victitarent Clerici communem inſtigatores fuerant, promotoresue. Aſt Monachalis illa fuerat, non ſaecularis. Copulabant illi feliciſſimo connubio vitam monaſticam, quae antea Laicos ſolum complexa eſt, cum Clericali; atque ſic quidem communio inter eos euaſit bonorum, reliquorumque temporalium Clericalis, quae tamen mere Clericalis aut ſaecularis non remanſerat, ſed facta monachalis. Ordiamur ab oriente in *Baſilio.* Poſt *Antonium Baſilius*, monaſticae vitae praecipuus imitator inclaruit. Vita deceſſit an. 379. Epiſcopus *Caeſareenſis* et Monachus, imo Monachorum, qui Clericatu ſimul initiati ſunt, parens vsque modo clariſſimus. Sub ejus regula Monachi, Monachaeque in Oriente ſiue cum Eccleſia *Romana* vnione conjuncti, ſiue disjuncti fere omnes militant, exceptis ſolum Religioſis occidentalibus Miſſionum gratia in eas oras dilabentibus; cujus rei teſtem oculatum, quin me conſtituam, nihil metuo. *a*) Quis S. *Epiphanii*, qui ad ſaeculi quarti exitum, aut auſpicium quinti

a) Vt alia multa praeteream, ipſa Baſilii regula id commonſtrat cap. 39. *Titulus.* „ *De modo, quem ſeruare debetis, qui praeeſt cum ſororibus, et maxime circa confeſſionem.* „ Videlicet toto hoc capite inſtruit ex fratribus illum potiſſimum, qui monialibus vt paſtor praeeſt, circa ea praecipue, quae ad rite, honeſteque peragendam confeſſionem ſpectant. Subponit igitur, inter fratres regula *Baſilii* imbutos *Presby-*

quinti aetatem produxit ſuam, fuerit ſenſus in ea diſciplinae eccleſiaſticae oeconomia, prodit ipſe, tum in Clericorum tum Monachorum laudibus diffuſus, quin vel jota vnum aut apex excidat, quo Clericorum illo aeuo extitiſſe Collegia, teſtatum faciat. Subdiaconatum, et quoslibet SS. Ordines recenſet ſolitos conferri illis, qui Virginitatem excolerent, aut Monachatum ſiue in vrbe, ſiue ruri tenerent. Adfirmat quoque vitae S. *Epiphanii* ſcriptor, eum in domicilio Epiſcopali cum octoginta Monachis, quibus et ipſe connumeratus fuerat, verſatum fuiſſe. *a*) Ab Oriente in Occidentem Monachorum inſtituta ferebantur ab *Athanaſio*; *b*) atque poſt *Athanaſium*

teros eſſe connumeratos. Fuere cum *Sozomeno*, qui haec *Baſilii* aſcetica pro *Euſtathii* Sebaſteni partu conatu non multum auſpicato venditarunt, quem vitae monaſticae in *Armenia*, *Paphlagonia* et *Ponto* authorem decepti credebant. Aſt *Baſilio* digniſſimum eſſe, praeter alia argumenta conuincit *Rufini* authoritas, cujus labore ex graeco in latinum verſa ſunt. Conf. *Fleur.* H. E. L. 14. §. 3. *Baron.* ad an. 361. a. num. 48. ſeq.

a) Ap. *Thomaſſ.* V. et N. D. part. 1. l. 3. c. 4. n. 5.

b) *Baron*: Tom. 3. ad an. 328 n. 20. Seqq.., Roma ab Antonio iſto magno per Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum; a romana vero Eccleſia velut e promtuario diſciplinae, aliae omnes occidentalis orbis eccleſiae mutuatae ſunt, omnes ex more cupide amplexantes, quod vidiſſent Romam eſſe ſecutam. Satis autem prae-

ſtiti hoc amplius ceteris romana eccleſia, vt ipſa prima voluerit etiam intra vrbem, et in ſuburbiis coenobia Monachorum: quod quidem aemulatae ſunt nobiliores Eccleſiae, vt Mediolanenſis, quae primum monaſterium juxta ciuitatem poſitum habuit, vt Auguſtinus teſtatur conf. lib. 6. c. 6. qui de his, quae tum Romae, tum Mediolañi viderat, haec tradit de morib. eccles. c. 33. ' Vidi ego diuerſorium ſanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus vnus Presbyter praeerat vir optimus, et doctiſſimus. Romae etiam plura cognoui, in quibus ſinguli grauitate atque prudentia et diuina ſcientia praepollentes coeteris ſecum habitantibus praeſunt chriſtiana charitate, ſanctitate et libertate viuentibus. Ne ipſi quidem cuidam oneroſi ſunt ſed orientis more, et Pauli auctoritate, manibus ſuis ſe transigunt. Iejunia etiam prorſus incredibilia multos exercere didici, non quotidie ſemel ſub noctem reficiendo Corpus, quod eſt usquequaque vſitatiſſimum, ſed continuum triduum vel amplius ſaepiſſime ſine cibo ac potu ducere: Neque hoc in viris tantum, ſed etiam in foeminis, quibus item multis viduis et virginibus ſimul habitantibus, et lana, ac tela victum quaeritantibus praeſunt ſingulae grauiſſimae, probatiſſimaeque non tantum in inſtituendis, componendisque moribus, ſed etiam inſtruendis mentibus peritae, atque paratae. Ita Auguſtinus.„ Eodem modo ex *Baronio* cit. ad an. 328. n. 23. „ Parum viſum eſt Athanaſio Monachorum inſtituta in *Clerum ciuitatis* eccleſiarum transferre: ſed ipſos ſanctiſſimos Monachos, quos coeteris noſſet moribus et peritia antecellere, in Epiſcopos diuerſarum eccleſiarum adſciuit, quod fortiſſimos hos ſciret aduerſus ingruentem Arii hereſin pugnatores, et

quaſi munitiſſimas turres contra Meletianos ſchismaticos. Quinam vero hi eſſent, qui ad epiſcopale munus obeundum fuerint ab eo poſtea accerſiti, hocque viſitationis tempore dioeceſi cogniti, atque delecti, idem ipſe Athanaſius ad Dracontinm Monachum ſcribit, quem contentioſius reluctantem ad idem miniſterium ſuſcipiendum expertus, his monet ep. ad *Dracontium.* Neque enim tu ſolus ex Monachis es conſtitutus (Epiſcopus ſcilicet) neque ſolus miniſterio praefuiſti, neque ſolus a Monachis delectus es Noſti enim Serapionem Monachum eſſe, et quot Monachorum praefectum. Neque a te ignoratur, quot Monachorum pater fuerit Apollonius. Noſti Agathonem, neque ignotum habes Ariſtonem. Memor es Ammonii cum Serapione profecti. Fortaſſis etiam audiſti de Cue in ſuperiori Thebaide: poteris etiam reſcire de Paulo, qui eſt apud Latos, et de aliis multis: et tamen iſti Epiſcopi; conſtituti non contradixerun; ſed habentes pro exemplari Eliſaeum, et conſcii quid Elias egerit, et eruditi, quid diſcipuli Chriſti, apoſtolique fecerint; ſuſceperunt hanc curam, neque miniſterium hoc aſpernati ſunt: Neque propterea ſe ipſis deteriores facti ſunt; ſed et laboris mercedem exſpectant, proficientes ipſi, aliosque proficere adhortantes. Quod ab Idolis conuerterunt? Quod adduxerunt Chriſto ſeruos? Adeo, vt qui iſta ſigna conſpiciant, admirentur? An quaeſo nou ingens ſignum, puellam inducere, vt virgo maneat, et adoleſcentiorem adhuc. vt ſit continens, et idololatram, vt cognoſcant dominum? „ Et poſtea. . , „ quapropter cum hujusmodi habeas exempla, dilectiſſime Draconti! nec dicas, nec dicentibus credas, Epiſcopatum eſſe cauſſam peccati, aut quod inde naſcantur occaſiones delinguendi: licebit tibi in Epiſcopatu eſurire, ſitire cum Paulo:

naſium ab *Euſebio Vercellenſi. a*) Quemadmodum enim in Oriente Viri ſanctitate conſpicui id ſibi laboris et operae non alio ex fine, quam vt inplantata, et radicata vita monaſtica, ejusdem ſectatores eo elegantius exprimerent innocuam Veterum Chriſtianorum viuendi formam; ita flagrantiſſimus hic Zelus Occidentalium tunc Patrum praecordia incenderat. Hos inter negligendus non eſt *Hieronymus*. Ille equidem frequenter de Monaſticae vitae laudibus habet ſermonem, quando ejuscemodi ſodalitia coeperant increbeſcere etiam in Occidente; nil tamen meminit ejusmodi, quo Coetum fuiſſe ibidem Clericorum vna adgregatorum et domo et vita, pateſceret: quin potius multa innuat praecepta, quae ſolitariam potius

licebit vinum non bibere, ſicut Timotheus fecit, et jejunare frequenter, vt Paulus ſolitus, ita vt ſecundum illum jejunans alios ſermonibus nutrias; et ſitiens abſtinendo a potu, aliis, docendo, potum praebeas. Ne igitur talia objiciant conſiliarii tui: Nouimus enim Epiſcopos jejunantes, et Monachos comedentes. „ Cet. Haec pluribus adducere placuit, vt perſpiciamus, ea rerum viciſſitudine jam inter Monachos commoratos fuiſſe Clericos; atque ex Clericis Monachis adſumtos Epiſcopos, qui in communitate vixerant non Clericali, de qua nihil ſcitum eſt, ſed monachali.

a) *Baron.* cit. n. 25. „ Qui in orbe occidentali monachiſmum conjunxerit clericatui, praedicatur a S. Ambroſio S. Euſebius Vercellenſis, qui Apoſtolica legatione perſunctus in Ægyp-

potius et domo ſeptam Clerici vitam aut ſubponunt, aut deſiderant: videlicet, vt pauperes ſemper menſae adhibeant, et hoſpites: ne foeminas domi admittant vllas, et alia id genus. Neque heic elabi ſinamus *Auguſtini* et authoritatem, et exemplum: Is ipſe enim duo conſtruxit monaſteria, vnum vt veroſimilius conjecturare licet, adhuc Presbyter in hortis ſibi ab Epiſcopo ſuo *Valerio* conceſſis pro Monachis. Alterum, dum Epiſcopatus jam aſcenderat culmen, ad mores, geniumque Clericorum magis adtemperatum; ex quo, dum ille ibidem vitam ageret, vel Epiſcopi prodiere, vel Cleri proceres, quos in omnes *Africae* partes diſſeminauit. Abdicare tamen oportebat omnes illic viuentes Clericos peculium quodcunque, atque paupertatis ſe obſtringere voto, atque eſſe communis vitae ſectatores, alias ab eodem *Auguſtino* ejiciendos, qua viuendi ratione *Canonicorum Regularium* jecit ſementem, atque quantumuis forent Clerici, et a monachali inſtituto contradiſtincti, Religioſorum tamen potius

tum profectus eſt, et Alexandriae aduerſus Arianos concilium habuit, ſanctorumque Monachorum inſtitutum (vt par eſt credere) diligentius perquiſiuit, et ſtuduit Clericali vitae conjungere. Haec enim, inquit Ambroſius ad Vercell: lib. 10. ep. 81. „ Primus in occidentis *partibus diuerſa inter ſe Euſebius ſanctae memoriae conjunxit, vt et in ciuitate poſitus, inſtituta Monachorum teneret, et*

potius ad Computum, quum paupertatem praecipue ex voto ſuſtinerent, quam ad Clericorum, qui ſaeculares nuncupantur, ordinem reducuntur. Plurimi vero ſunt ex *Auguſtino* paſſus, qui huic noſtro adſerto faciunt fidem, roburque addunt: pauca delibabimus.

eccleſiam regeret jejunii ſobrietate .... Haec igitur patientia in S. Euſebio monaſterii coaluit vſu, et durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum tolerantiam. Namque haec duo in attentione chriſtianorum deuotione praeſtantiora eſſe, quis ambigat, Clericorum officia et Monachorum inſtituta? etc. Quod ipſum praeſtantiſſimum vitae genus S. Martinus Epiſcopus Turonenſis tranſuexit in Gallias, et S. Auguſtinus in Africam: qui admirabili quadam connexione duo haec (vt dictum eſt) omnium perfectiſſima vitae genera Clericorum et Monachorum in vnum pariter conjungentes, tanquam lucidiſſimis aſtris, vt olim Martyres tempore perſecutionis in pace, Chriſti eccleſiam exornarunt. „ Computante *Fleurio* H. E. lib. 16. §. 3. circa annum 364. ad aeterna *Euſebius* tranſiuit tabernacula. Ap. *Thomaſſ.* Part. 1. lib. 1 cap. 4. n. 2 *Ambroſius* ep. 2. hunc in modum loquens inducitur. „ In eccleſia Vercellenſi duo pariter exigi videntur ab Epiſcopo, Monaſterii continentia, et diſciplina eccleſiae Haec enim primus in occidentis partibus diuerſa inter ſe Euſebius ſanctae memoriae conjunxit, vt et in ciuitate poſitus inſtituta Monachorum teneret, et eccleſiam regeret jejunii ſobrietate.... Item „ Euſebius prior leuauit vexillum confeſſionis. Haec patientia in ſancto Euſebio monaſterii coaluit vſu et durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum tolerantiam. „ Idem *Ambroſius* ſermon.

bimus. a) Ceteris vitandae prolixitatis ſtudio manumiſſis. Ex quibus hactenus productis diſcimus, quinque a Chriſtianiſmi cunabulis praeterlapſa eſſe ſaecula, quibus ſiqui vitae communis inueniantur ſectatores, tales ſolum extiterant, qui intra Coenobitarum repagula ſeſe recludebant; ii, qui foras erant, Clerici communis vitae aut ſocietatis in eisdem aedi-

69. „ In hac ſancta Eccleſia eosdem Monachos inſtituit, quos Clericos etc. Vt ſi videris Monaſterii, lectulos inſtar orientalis propoſiti judices. „ Eruditus *Rautenſtrauch* Inſtit. I. E. §. 509. in not. ſcribit. „ Vitam communem, et quaſi monaſticam introducere coeperunt Euſebius Vercellenſis, ac . . . S. Auguſtinus. De Euſeſebio Vercell: conſtat ex S. Ambroſii ep. nunc 63. olim 82. et ex ſermone olim 69. eidem Ambroſio tributo, cujus tamen Autor S. Maximus videtur. . . . Muratorius diſſert. de Canonicis Tom. 5. antiq. Ital. med. aeu. p. 186. Thomaſſinum reuincit, propugnantem p. 1. l. 3. c. 4. ab Euſebio Vercellenſi non *Clericorum* congregationem inſtitutam eſſe, ſed Monachos pro Clero fuiſſe adſumtos, queis omnia Clericatus munia mandauerit. „ Mihi quidem doctiſſimi *Muratorii* laudata opera ad manus non ſunt; Aſt ſiue ſit authoritas *Ambroſii*, ſiue *Maximi* profecto plus probant pro vita Monachatui conſimiliori, quam ſimplici Clericatui, atque facile eruitur, ejus vitae ſectatores absque votorum nuncupatione non vixiſſe; id quod Regulari magis vitae conueniens eſt: cujus ille formam ex oriente in occidentem adportaverat.

a) Ex *Auguſtini* ſerm. 355. al. 49. de diuers. ap. *Fleur*. H. E, L. 24. §. 40. „ Quidam Presby-

ter nomine Ianuarius communitatem S. Auguſtini ingreſſus jactabat, omnia bona ſua in cauſſas bonas diſtraxiſſe; verum ſeruauerat ſibi pecunias, cujus proprietatem ad filiam ſuam pertinere dicebat; filium enim habebat, et filiam minori aetate, qui in monaſteriis educabantur; ſimulabat ergo ſe filiae ſeruare hanc pecuniam, vſque dum eidem per aetatem de ea diſponere liceret. Nihilominus cum ſe videret morti proximum, condito teſtamento, quid his pecuniis faciendum, ipſe decreuit, juramento affirmans, ſe eſſe earum Dominum. Filium et filiam exhaeredes voluit, et haeredem ſcripſit eccleſiam. S. Auguſtinum acriter afflixit hujus Presbyteri ſimulatio, et periculum malae famae, quod ejus communitas ſubibat Itaque aliquando populum rogauit, („ Serm. 316. al. 50. n. 2. ap. *Fleur.* cit.) vt altera die in eccleſia frequentisſimus conueniret; vbi tempus concionandi aduenit, de ſe ipſo enarrare coepit, quo pacto olim Hipponem veniſſet, inuitum ſe deinde Presbyterum et Epiſcopum fuiſſe creatum, et monaſterium Clericorum in domo epiſcopali inſtituiſſe, vt hoſpites decentius, quam in ſimplici aſceterio ſuſcipi poſſent. *Haec eſt* (inquit) *noſtra viuendi ratio; Nemini in noſtra Societate quidquam proprium poſſidere licet, et ſiquis aliquid retinet, rem illicitam facit.* (En votam paupertatem!) *optima mihi de fratribus meis eſt opinio, et ne quidem, an aliter faciant, inquirere lubet.* . . . S *Auguſtinus* rurſus declarat, dixiſſe ad eos, qui in ejus ſocietate viuebant, vt ſi quae forte poſſiderent, de iis diſponerent, et diem usque ad Epiphaniam poſuiſſe. *Statueram, nullum Clericum ordinare, niſi in meo vellet manere conſortio, eumque ordine priuare, ſi a communione diſcederet; jam muto conſilium coram Deo et vobis. Qui propria poſſidere ve-*

lunt, quibus Deus et eccleſia ejus non ſufficit, habitent, vbi voluerint. Nolo Hypocritas facere. Grande malum eſt, VOTUM violare, ſed grauius fingere, et uon obſeruare. Hos Dei judicio relinquo. „ Item *Fleuer.* l. cit. § 41. „ S. Auguſtinus poſt Epiphaniam eorum, quae acta fuerant, ſicut promiſerat, rationem reddidit. Primo a Diacono, cui nomen Lazarus, locum praelegi juſſit ex actis Apoſtolorum, vbi vita communis fidelium Hieroſolymae deſcribitur. Poſtquam haec Diaconus legiſſet, S. Auguſtinus, accepto libro, *ipſe* eundem locum rurſus legit, quod ſibi maximopere placeret: *Hoc eſt,* inquit, *quod imitari decreuimus.* Et deinde: *gratum vobis affero nuntium: omnes fratres mei et Clerici, qui mecum ſunt, tales inueniuntur, quales optabam.* Poſtea de Clericorum ſuorum ſingulis, qui aliqua bona poſſidebant, loquitur, et modum docet, quo ſe iis abdicauerint, aut quare nec dum id fieri potuerit, vt omnis populus ſciret, quod ſe omnino ad vitam communem, et perfectam paupertatem redegiſſent. In hac enumeratione duos Presbyteros nominat, Leporium et Barnabam. . . . Populum ſuum S. Auguſtinus hortatur, vt Clericis nihil priuatim poſſidendum, ſed communitati donet. *Nemo* (ſunt verba ejusdem) *vel togas, vel interulas niſi toti communitati donet, vnde et ego veſtimenta accipio. Nolo, vt quidquam in meum vſum ſpeciatim offeratis, quaſi ita deceret, evempli cauſſa, pretii magni pallium; forte id alii Epiſcopo conueniret: ſed non Auguſtino homo pauperi, et pauperibus nato. Talem veſtem me gerere oportet, quam fratri meo, qui indigeret, dare poſſim, talem, quali Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus veſtiri poſſit. Si vero pretioſior veſtis mihi detur, vendo, vt habeam, vnde pauperibus quidquam elargiar. . . . Si quemquam deprehendero, qui Hypocrita ſit, et aliquid*

Digitized by Google

aedibus, et ad eandem menſam nulla vel lege, vel conſuetudine obſtringebantur; niſi fors quaedam incerta, vt in notis obcurret, pro comperta veritate adoptare mauis.

§. LVIII.

VTRVM NON CLARIORA SAECVLO SEXTO DEPREHENDANTVR VITAE APVD CLERICOS COMMVNIS DOCVMENTA?

Hujuſcemodi Coetus, quo in ſocietatem ſe compingi tolerabant Clerici, clariora ſe produnt veſtigia ſaeculo VI. atque ſubpeditantur a Concilio in *Hiſpania Toletano* II. ſupra (§ 40.) laudato, quo dicto firmatur veritas. Haut equidem diffiteor, iſtiusmodi argumentum pro juuenum in communi morigeratione recte inſtituendorum potius, quam pro Cordatiorum, ac in ſublimiori gradu conlocatorum Clericorum ſociali Contubernio facere, velut

proprium poſſideat, non permittam, vt teſtamento hac de re diſponat, et ex tabula Clericorum delebo. Appellet contra me ad mille concilia, mare trajiciat, adeat, quemcunque voluerit, maneat, vbi potuerit, ſed ſpero, Deo adjuuante, nunquam fore, vt talis in illo loco Clericus ſit, vbi ego Epiſcopus fuero. „ Conf. Fleur. cit. Haec de communi apud Auguſtini epiſcopatum Clericorum vita. Quem S. Auguſtini locum in extenſo leges in regula Crodegangi probata in concilio Apuisgranenſi cap. 112, et 113. Tom. 1. C. Germ. a pag. 489.

Digitized by Google

velut altero innuitur Canone. *a*) Attamen coeptum jam tum eſt, Clericos, quum adhuc vernaret juuenta, iisdem indurare laboribus, iisdem imbuere virtutibus, atque ad perfectiorem, quam Majores noſtri tenebant, ſimul-

a) Con. *Tolet.* II. can. 1. „ De his, quos voluntas parentum primis infantiae annis in Clericatus officio, vel Monachali poſuit, pariter ſtatuimus obſeruandum, vt mox cum detonſi, vel miniſterio electorum contraditi ſunt, in domo eccleſiae ſub Epiſcopali praeſentia a praepoſito ſibi debeant erudiri. At vbi octauum decimum aetatis ſuae compleuerint annum, coram totius Cleri, plebisque conſpectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab Epiſcopo perſcrutetur, quibus ſi gratia caſtitatis, Deo inſpirante, placuerit, et promiſſione caſtimoniae suae absque conjugali neceſſitate reſponderint ſeruaturos; hi tanquam appetitores arctiſſimae viae leuiſſimo Domini jugo ſubdantur, ac primo ſubdiaconatus miniſterium probatione habita profeſſionis ſuae a viceſimo anno ſuſcipiant. Quodſi inculpabiliter ac in offenſe viceſimum et quintum annum aetatis ſuae peregerint, ad Diaconatus officium (ſi ſcientes implere poſſe ab Epiſcopo comprobentur) promoueri debent. Cauendum tamen eſt his, ne quando ſuae ſponſionis immemores ad terrenas nuptias, aut abortiuos concubitus vltra recurrant Quodſi forte fecerint, vt ſacrilegii rei ab eccleſia habeantur extranei. His autem, quibus voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ac Apoſtolo ſententiam aufferre non poſſunt, ita vt cum prouectae aetatis in conjugio poſiti, renuntiaturos ſe pari conſenſu operibus carnis

ſimulque in vita reſplendebat monaſtica, Evangelii effingere formam, qua illa Monachalis diu inclaruerat. Paulo perſpicacius eodem ſaeculo relucet indicium in *Galliarum* Eccleſiis ex Concilio *Turonenſi* II. *a*) In regno *Chereberti* (*Chariberti*) coacto; quod adgregato-

ſpoponderint, ad ſacros gradus adſpirent.„ Can. 2. Similiter placuit cuſtodire, ne quis ex eis, qui tali educatione imbuitur, qualibet occaſione cogente propriam relinquens eccleſiam ad aliam transire praeſumat, „ Crabbe Tom. 1. fol. 571.

a) *De an. circ: 566. Can. 13. „ Epiſcopus conjugem vt ſororem habeat, et ita ſancta gubernatione gubernet domum, tam eccleſiaſticam, quam propriam, vt nulla de eo ſuſpicio quaquam ratione conſurgat. Et licet, Deo propitio, Clericorum ſuorum teſtimonio viuat, quia cum illo tam in cella, quam vbicunque fuerit, ſecum habitent, eumque ſequantur, et presbyteri et Diaconi, vel deinceps Clericorum turba juniorum, Deo adjuuante conuerſantur, ſic tamen propter Zelotem Deum noſtrum tam longe abſint, manſionis propinguitate diuiſi, vt nec hi, qui ad ſpem recuperandam Clericorum ſeruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.* „ Exiſtimant nonnulli per verba, qui ad ſpem recuperandam ſeruitute nutriuntur, intelligi Clericos in ſpem laetiſſimam propaginis ſpiritualis excolendos: alii de ſeruis Clericorum, qui perſaepe libertate donati, ordinibus, officiisque mancipabantur eccleſiaſticis, interpretantur. *Can.* 14. „ *Epiſcopum, Epiſcopam non habentem nulla ſequatur turba mulierum, licet ſaluetur vir per mulierem fidelem, ſicut et mulier per virum fidelem, vt Apo-*

Digitized by Google

gatorum apud Epiſcopum Clericorum majorum coetus recenſet; quibus canone decimo quarto ſit facultas, exturbandarum a Cohabitatione Epiſcopali muliercularum, luculentiori indicio, illos Clericos in Communis vitae ſocietatem confluxiſſe. B. *Gregorii Turonenſis*, qui anno quingenteſimo nonageſimo quinto terrenis exutus eſt, Hiſtoria *a*) mentionem facit de *Baudino Turonenſi* ante *Gregorium* penultimo Epiſcopo, quod Canonicorum ille inſtituerit menſam, ſigno plus quam vero ſimili, Canonicos ſeu Clericos communem apud eundem Praeſulem vitam egiſſe. Idem narrat *Gregorius b*) de Abbate *Patroclo*; qui tonſura ab *Arcadio* Archiepiſcopo *Pituricenſi*

ſtolus Apoſtolus ait. Nam vbi talis cuſtodia neceſſaria non eſt, quid eſt neceſſe, ut miſeria proſequatur, vnde fama conſurgat? Habeant miniſtri eccleſiae, utique Clerici qui Epiſcopo ſeruiunt, et eum cuſtodire debent, licentiam, extraneas mulieres de frequentia cohabitationis ejicere. „ Crabbe Tom. 2. fol. 71.

a) Ap. *Thomaſſ.* p. 1. l. 3. c. 5. n. 5. ex *Gregor.* Hiſt. L. 10.

b) Ap. *Thomaſſ.* cit. in vit. PP. c. 9. „ Ita vacabat jeiuniis, vt nec ad conuiuium menſae canonicae cum reliquis accederet Clericis. Quod audiens Archidiaconus frendens contra eum ait: Aut cum reliquis fratribus cibum ſume, aut certe diſcede a nobis. Non enim rectum videtur, vt diſſimules, cum his habere victum, cum quibus eccleſiaſticum implere putaris officium. „

Digitized by Google

cenſi accepta, et aliquando poſt Ordinatus Diaconus; ea fuit abſtinentia, vt cum aliis Clericis ad refectionem nunquam conueniret: quam ſingularitatem indigne ferens Archidiaconus non leuiter eum increpabat.

§. LIX.

QUALIA EX SAECVLO SEPTIMO ADPAREANT VESTIGIA?

Circa annum ſexcenteſimum primum *Auguſtinus* a S. *Gregorio* PP. in *Angliam* pro Conuerſione illorum populorum abire juſſus, inauguratusque Epiſcopus *Cantuarienſis* varii generis ab eodem Pontifice conſulta efflagitans, congrua, vt ait V. *Beda*, reſponſa obtinuit. Quae vero huc faciunt, ſunt, quod Epiſcopos ad Communis cum reliquis Clericis vitae contubernium hortatus fuerit. *a*) Ex *Gregorio* M. *Joannes Diaconus*, celebratiſſimi

 hujus

a) Ven. *Beda* Hiſt. Gentis Angl. l. 1. c. 27. „Reſpondit *Gregorius* Pontifex PP. vrbis *Romae*. Scriptura teſtatur (quam te bene noſſe, dubium non eſt) et ſpecialiter B. *Pauli* ad *Timotheum* epiſtolae, in quibus eum erudire ſtuduit, qualiter in domo Dei conuerſare debuiſſet. Mos autem ſedis Apoſtolicae eſt, ordinatis Epiſcopis praecepta tradere, vt in omni ſtipendio, quod accedit, quatuor debeant fieri portiones: Vna videlicet Epiſcopo, et familiae propter hoſpitalitatem, atque ſuſceptionem: alia Clero: tertia pauperibus: quarta eccleſiis reparandis. Sed quia fraternitas tua monaſterii regulis erudita ſeorſum viuere non debet a Clericis ſuis

hujus ſummi Eccleſiae Capitis vitae ſcriptor non leuia ſubpeditat documenta, hanc in rem facientia. *a*) Eodem ſaeculo ſeptimo Archiepiſcopus *Cantuarienſis* ordinatus eſt a *Vitaliano*

in eccleſia *Anglorum*, quae authore Deo nuper ad fidem perducta eſt, hanc debet conuerſationem inſtituere, quae initio naſcentis eccleſiae fuit patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex his, quae poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis *omnia communia*. Si qui vero ſunt Clerici extra ſuos ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent, et ſtipendia ſua exterius accipere. Quia de iisdem partibus, de quibus praefati ſumus, nouimus ſcriptum, quod diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo ſtipendio cogitandum, atque prouidendum eſt, et ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, vt bonis moribus viuant, et canendis pſalmis inuigilent, et ab omnibus illicitis, et cor, et linquam, et corpus Deo auctore conſeruent. Communi autem vita viuentibus jam de faciendis portionibus, vel extibenda hoſpitalitate et adimplenda miſericordia nobis quid erit loquendum? Cum omne, quod ſupereſt Domino magiſtro omnium docente: *Quod ſupereſt, date eleemoſynam; et ecce omnia munda ſunt vobis.* „ Vide, ſi mauis, ipſum *Gregorium* in reſponſionibus ad interrogationes B. *Auguſtini.* Ref. car. *quia* 8. C. XII. q. 1. Et can *Moſ eſt* 30. C. cit. q. 2.

a) Ap. *Thomaſſ.* in ejus part. 1. l. 3. c. 5. D. E. „ Ceterum prudentiſſimus Rector Gregorius remotis a ſuo cubiculo ſaecularibus, Clericos ſibi prudentiſſimos conſiliarios, familiaresque delegit, inter quos Petrum, et

no Papa anno dominicae Incarnationis 668. die 7. Calendarum Aprilium dominica. *Theodorus*, natus ex *Tharſo Ciliciae*, Vir et ſaeculari et diuina litteratura graece et latine (ſunt verba *V. Bedae*) inſtructus, atque ab *Adriano* Abbate Pontificis juſſu in *Britanniam* ductus. *a*) Poſtea a *Theodoro* Prouinciae ac Genti *Merciorum* Epiſcopus datus eſt *Ceadda* (antea jam a *Wino* Epiſcopo *Vintonienſi Winchester* ordinatus. *b*) Fecerat iſte an. 669. ſibi manſionem non longe ab Eccleſia remotiorem, in qua ſecretius cum paucis, id eſt, ſeptem, ſiue octo fratribus, quoties a labore et miniſterio Verbi vacabat, orare ac legere ſole-

Monachorum vero ſanctiſſimos ſibi familiares elegit, inter quos etc: „ Et cap. 12. „ Cum quibus Gregorius die noctuque verſatus, nihil monaſticae perfectionis in Palatio, nihil pontificalis inſtitutionis in eccleſia dereliquit. Videbantur paſſim cum erud itiſſimis Clericis adhaerere Pontifici religioſiſſimi Monachi, et in diuerſis profeſſionibus habebatur *VITA COMMUNIS*, ita vt talis eſſet nunc ſub *Gregorio* penes vrbem Romanam eccleſia, qualem hanc fuiſſe ſub Apoſtolis *Lucas* et ſub Marco euangeliſta penes Alexandriam Philo commemorat. „ Non iidem erant Clerici, qui Monachi; at nec monaſticis virtutibus deſtituebantur Clerici, nec a Cleri functionibus Monachi arcebantur.

a) *Beda* H. *Ang.* l. 4. c. 1.

b) Idem l. 3. c. 28.

ſolebat. *a*) Idem *Beda* alibi alia noſtro Themati inſeruientia narrat. *b*)

§. LX.

a) Idem cit. l. 4. c. 3. Vide *Fleurium* prolixius diſcurrentem H. E. L. 39. §. 46. eos fratres Monachos compellat. Vitam igitur ille *Ceadda* monaſticam magis, quam Clericalem communem degebat; tum quod *Theodorus* orientalium Monachorum tramites a juuentute edoctus, hujus quoque inſtituti in *Anglia* promotor extiterit; tum quod *Ceadda* monachatum in Coenobio *Leſtinghenſi* ſubin coluerat. Haut tamen obscure innuitur apud eundem *Bedam*, Clericos ipſos vitae cum Monachis communi adſuefactos fuiſſe.

b) *Beda* cit. Lib. 4. c. 27. agens de *Cudberto Lindis farnenſium* (Lindisfarn) Epiſcopo ſequentia poſteritati reliquit. „ Cum ergo venerabilis domini famulus multos in Mailroſenſi monaſterio degens annos magnis virtutum ſignis effulgeret, tranſtulit eum reuerendiſſimus Abbas ipſius *Eata* ad inſulam Lindisfarnienſium, vt ibi quoque fratribus cuſtodiam diſciplinae regularis et authoritate praepoſiti intimaret, et propria autoritate praemonſtraret. Nam et ipſum locum tunc idem reuerendiſſimus Abbas jure regebat. Siquidem a temporibus antiquis ibidem et *Epiſcopus cum Clero*, et Abbas ſolebat manere cum Monachis, qui tamen et ipſi ad curam Epiſcopi familiariter pertinerent. Quia nimirum *Aidam*, qui primus ejus loci Epiſcopus fuit, cum Monachis illuc et ipſe Monachus aduenięns, monachicam in eo conuerſationem inſtituit. Quomodo et prius S. *Auguſtinus* in *Cantia* (Kent) feciſſe noſcitur, ſcribente ei Reuerendiſſimo papa *Gregorio*, quod et ſupra poſuimus. *Sed quia fraternitas tua*. Cet. Se-

§. LX.

QVALIA SAECVLO OCTAVO ANTE *CRODEGANGI* EXORDIA?

Saeculo octauo domeſtica *Germaniae* noſtrae exempla communis apud Clericos vitae ita ſeſe produnt, vt merito commendatiſſimi hujus inſtituti honor principalius *Germaniae* Clero adſcreſcat. Atque ante jam *Crodegangi* initia, qui Germana antiquiſſimorum Francorum ſtirpe fuerat prognatus. Vir nempe ae-

que

quuntur videlicet heic apud *Bedam* verba Gregorii ſuperius producta. *Aidan* in adlegato mox V. *Bedae* paſſu laudatus in epitome hiſtoriae ejudem piiſſimi authoris, carnis tabernaculum depoſuit anno 651. Quo eodem *OSUINE* rex occiſus; *Aidan* Epiſcopus defunctus eſt: anno 638. vero iſtius loci Epiſcopus inunctus fuerat ex Fleuri ſententia. l. 38. § 19. Porro idem Beda in vita S. Cudberti cap. 16. ap. Thomaſſ. p. 1, l. 3. c. 5 n. 8. narrat. „ Vna eademque habitatio vtrosque ſimul tenet. etc. Omnes loci ipſius antiſtites usque hodie ſic epiſcopale exercent officium, vt regnante monaſterium Abbate, omnes Presbyteri, Diaconi, cantores, lectores, caeterique gradus eccleſiaſtici monachicam per omnia cum Epiſcopo regulam ſeruent „. Haec non admodum expolita, ferme rudia, et infrequentia ſunt, rationis Clericorum in communi vitam agitantium contubernii documenta. Parum nempe adridebat plurimae Clericorum turbae iſtiusmodi vitae genus; imo et ſubin receptum, breui iterum pro humanarum rerum viciſſitudine euiluit; donec Crodegangi Zelus, limitum

que Germanus ex Gente *Francorum Ribianorum* ſeu *Ripuariorum a*) *Rigobertus* vitae inter Clericos communis ſementem apud Clerum Remenſem jecerat Circa Caroli *Martelli* tempora. *b*) Alia depromuntur argumenta ex ipſis S. *Bonifacii Germanorum* merito Apoſtoli nuncupati

neſcius, velut infra dicturi ſumus, plus vltra progreſſus, egregia pro Dei honore et Cleri decore molimina ſibi ſumſerit.

a) Circa annum 717. Erat Rigobertus ex gente *Francorum Ribiariorum*, ſeu *Ripuariorum* a ripa *Rheni* ita nuncupatorum. Primum a *Romanis* ad defenſionem limitis aduerſus *Germanos* conſtuti. Solitum enim erat *Romanis*, limitaneos a fluminum, qui limites conſtituebant, ripis, *Riparios*, et Legiones, quae apud *Riparios* manebant, *Riparienſes* nominare. Aſt, vt ne alio aberremus, vid. *Eckardt* preaf. in Leg. *Ripuar.*

b) Apud *Fleurium* H. E. Lib. 41. §. 19 „ S. Rigobertus in ſede Remenſi S. Reolo„ quem ſanquinis propinguitate contingebat, ſucceſſerat. Is collapſam Clericorum diſciplinam reſtituit, et primus ex reditibus multorum agrorum, quos eis donauit, commune aerarium fundauit. Legimus, ſex agros fuiſſe vltra quadraginta Colonorum. Ampliſſimus ille erat in *Gerniacacurte*, quem a *Pipino* dono acceperant. Ergo Clerici *Rhemenſes* horum agrorum prouentibus ſuſtentabantur, et ſerui, eosdem colentes, omnis generis obſequia ipſis exhibebant, in culina miniſtrabant, aquas balnei calefaciebant, mortuos ſepeliebant. „ Quae profecto vitae in ſocietatem inſtitutae indubitata ſunt ſpecimina, *Fleurius* haec ex *Flodoard*. II. H. c. 2. ap. *Bol-*

Digitized by Google

pati ſtatutis. *a*) Dominante in Francos Rege *Pipino* coactum eſt *Verni* Concilium vix non vniuerſorum *Franciae* Epiſcoporum, quo conlapſae

land. 4. Ian. Ex *Lippeloo* Carthuſiae *Colonienſis* Monacho ad diem 4. Ianuar. Sequentia accipe; dum de laudibus diſſerit *Rigoberti.* „ Cum pleraque praecedentium patrum ſtudio et vigore inſtituta, collapſa videbantur, ea vir ſanctus ſua induſtria in priſtinum ſtatum reſtituit. Nam canonica Clericos religione contineri voluit, et pro numero illorum, qui tunc erant, ad victum pertinentia eis ſubpeditauit, vt diuino cultui et liberius et inſtantius vacare poſſent. Ante enim illius pontificatum non dabatur eis panis, vt vocant, Canonicus. Nec erant, vt ſunt hodie, Canonici: quin etiam loca quaedam cum eorum habitatoribus eis contulit, qui illorum vſibus neceſſariis perpetuo inſeruirent. Et ipſe quidem primus inter Rhemorum Epiſcopos fertur *COMMUNE* eis inſtituiſſe aerarium, quod generatim omnibus eorum vſibus perenniter applicaretur. „ Ita Lippeloo.

a) Statuto 11. Vt diligenter vnusquisque Epiſcopus in ſua parochia praeuideat, vt vbi monaſterium Monachorum fuerit, ſi regulariter viuant, et Monachice: vbi autem Canonica vita fuerit, bene et Canonice viuant. „ Statuto 15. „ Vt plus non mittantur in monaſterio *Canonicorum*, atque Monachorum, ſeu puellarum, quam ſufficere poſſint. „ Tom. 1. CC. G. p. 74. Creduntur edita circa annum ſeptingenteſimum quadrageſimum quintum, vel ſextum. Anteuerterunt etenim tempora *Bonifacii Crodegangi* inſtitutum. In his igitur ſtatutis aliqua apud Clericos vitae communis ſeſe documenta produnt: Atamen in Synodo qua

lapſae Eccleſiae diſciplinae vt reſtauraretur, media ſtabilirentur; in eoque, quae ex ſupra ſtatutis a S. *Bonifacio* decretis patefiunt, firmantur. *a*) CAPVT

dam loci incerti condita cognoſcuntur. Dubiae fidei eſſe ea, nonnulli exiſtimant cum *Dupinio*, quod ſtatutum vndecimum recurrendum jubeat ad Imperatorem ob eos, qui *Epiſcopum minime audierint*; Tempore *Pipini* vero in *occidente* nullus extiterit Imperator. Cui apud *Harzheim* Tom. 1. cit. p. 75. „ Reſpondent alii critici, Pipinum cum eſſet dux *Francorum*, jam tum regem, quin et Imperatorem eſſe ſalutatum. „ Inde ea ſola ratio tantae non eſt molis, vt eorum ſtatutorum originem ad poſteriorem retro aetatem devoluant.

a) De concilio *Vernonii* coacto vide ſupra (§. 50.) Apud *Fleurium* H. E. l. 43. §. 23. hujusmodi eſt lectio. „ Qui dicunt, quod ſe ex amore Dei tonſurauerint, de ſuis tamen viuunt, et praepoſitum nullum agnoſcunt, compellantur, vt cum Monachis in aſceterio viuant, aut cum *CLERICIS* ſub manu Epiſcopi ſint. „ Apud clar. Dürr diſſ. de capit. claus. §. 3. in not. d. canon vndecimus hunc in modum ſtatuminat. „ De illis hominibus, qui dicunt, quod ſe propter Deum tonſuraſſent, et modo res eorum vel pecunias habent, et nec ſub manu Epiſcopi ſunt, nec in monaſterio regulariter viunt, placuit, vt in monaſterio ſint ſub ordine regulari, aut ſub manu Epiſcopi *ORDINE CANONICO*, et ſi aliter fuerint, et correpti ab Epiſcopo ſuo emendari noluerint, excommunicentur. „ *CANONICE* autem, ſeu *ordine Canonico* viuere, vt eſt eruditorum adſenſus, erat viuere *vita communi*.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De *Crodegangici* Inſtituti initiis, adprobatione, et receptione: deque ſtabilito ibidem Clericorum viuendi genere in Germania potiſſimum?

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 61. *Inſtituti Crodegangici initia.*

62. *Ejusdem adprobatio.*

63. *Alia adprobationis argumenta.*

64. *Inſtituti illius receptio.*

65. *Exemplum receptionis domeſticum: ſeu de admiſſo in vrbem Bambergenſem vitae communis Inſtituto in Eccleſia potiſſimum Imperiali Cathedrali.*

66. *Quid de Eccleſiis ejusdem vrbis Collegiatis?*

67. *De Clericorum ſecundum illud Inſtitutum viuendi genere.*

68. *Continuatur argumentum, et vberius inluſtratur.*

§. LXI.

DE INITIIS INTSITVTI *CRODEGANGICI.*

Seneſcentibus abhinc ejusdem delabentis ſaeculi octaui annis *Crodegangus*, Epiſcopus *Metenſis*, *Pippini* Regis conſobrinus, ac *Caroli Martelli* Cancellarius, vel ſi mauis, Referendarius pro inſigni Cleri ſaecularis ornamento, ac exuberantiſſimo Eccleſiae bono ſuam circa annum ſeptingenteſimum ſexageſimum ſecundum inuexit Regulam. Feſtiuis Il-

lud Inſtitutum vbique adplauſibus fuit ciuitate donatum; atque per id ipſum Clericis prorſus omnibus blanda quaedam vis et felix neceſſitas addita eſt, vt communi ſe vitae addicerent. Supra jam animaduertebamus, (§. 48.) Canonicorum nomine inſignitos fuiſſe Clericos eos omnes, qui vel in Eccleſiae matricula eſſent inſcripti, vel viuerent *ſecundum Canones*. Aſt vero ab hac *Crodegangi* epocha coeptum eſt, illis hoc adtribuere nomen, qui vitae communis ſecuti rationem, ad S. *Euſebii Vercellenſis* relicta veſtigia, quae Clericis circa eccleſiaſticum miniſterium continuo occupatis conueniens erat, atque oportuna. *a*) Sic etiam exulabit Logomachia quaeſtionis: An *Crodegangus* vitae communis Clericorum author ſit ac parens? ſiquidem quanquam ſubin, vt ex ſuperius productis conmonſtratum eſt, vitae communi *Simpliciter* Clerici operam nauaſſent, ea tamen prout a *Crodegango* praeſtitum eſt, ad vitae communis monaſticae tantam ſimilitudinem nondum peruenerat. Primitus etiam ejuscemodi Canonicorum congregationes nullibi, niſi Cathedralibus in Eccleſiis domicilium nanciſcebantur: Secuturae ſolum poſteritati Eccleſiarum Collegiatarum natalitiae debentur. *b*)

§. LXII.

a) Fleurius Lib. 43. H.E. §. 37.

b) Conf. claris. *Dürr* de capit. claus. §. 3.

Digitized by Google

§. LXII.

DE HVJVS *INSTITVTI* ADPROBATIONE.

Iſthaec Canonicorum Regula in Synodis *Vernenſi*, de qua antea (§. 50.) et *Attiniacenſi*, vt Eckardi eſt opinio, *a*) Epiſcoporum Cenſurae, judicioque ſubjecta fuit, ab eisque tulit adprobationem. Adſerit *Dupinius b*) „*Crodegangi* Regulam Capitulis triginta quatuor duntaxat conſtantem ex *Vaticano* Codice a P. *Labbaeo* editam, eſſe genuinam et veram Regulam. Hanc autem a *D' Acherio* in ſpicilegio editam, fuiſſe compilatam tum ex Regula vera S. *Crodegangi*, tum ex ſtatutis Concilii *Aquenſis* anno octingenteſimo decimo ſexto; tum ex Regula S. *Benedicti*, aliisque monaſticis. „Verum quum haec collectio *D' Archerii* conſtans octoginta ſex capitibus, diuerſa ſit ab ab *Aquenſis* Synodi de anno 816. collectione, quae centum quadraginta quinque Capitibus *c*) conſtat, vtramque edendam, ratum ac

M 2 juſtum

a) *Eccardus* Rer. Franc. l. 24. §. 68. *Attiniacum, Attigni*, vrbs eſt ad *Axonam*, *Aine*, fluuium dioeceſis *Remenſis*. Habebatur anno 765. *Fleurius* lib. 43. H. F. § 37. Intererat conuentui *Atiniacenſi Megingaudus*. Praeſul *Herbipolenſis*.

b) *Dupinius* Tom. 6. nouae Biblioth. Auctorum eccleſiaſticorum p. 104. ap. *Harzheim* Tom. 1. CC. G. a p. 97.

c) *Binius* Tom. 3. p. 1.

Digitized by Google

juſtum arbitratus eſt *Harzeimius*; quam promiſſi fidem exſolutam nouimus; dum ponit Regulam *Crodegangi* octoginta ſex capitibus terminatam: *a*) et poſtea ſiſtit ſynodum *Aquisgranenſem*, centum quadraginta quinque complexam Canones, qua ſingula octoginta ſex priora capita comprehenſa ſunt. *b*) Conſulatur quoque *Fleurius* loco mox adlegato.

§. LXIII.

ALIVD ADPROBATIONIS ARGVMENTVM EX CAPITVLARI, ET CONCILIO AQVISGRANENSI.

Dici vix poteſt, quanto Francorum Reges celebre iſthoc Inſtitutum proſecuti ſint fauore, quamque feruidi, vt idem vitae genus vbique ciuitate donaretur, fuerint Auctores, Promotores, Inſtigatores. Eodem adhuc poſt habitam *Aquisgrani* ſynodum anno, et loco *Carolus* M. ex omni imperio ſuo fecit conuentum Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, vel Majorum natu, Francorum, vt ſancirent Capitula pro vtilitate totius Eccleſiae; atque hoc eſt Capitulare *Aquisgranenſe* in vim legis publicae emanatum. *c*),, Quia vero canonica profeſſio a multis partim ignorantia, partim

a) *Harzheim* cit. p. 96.

b) Idem. p. 430.

c) Capitulare *Aquisgr.* de anno 816. cap. 3. Tom. 1. CC. G. p. 544.

partim deſidia dehoneſtabatur, opere pretium duximus, Deo annuente apud ſacrum conuentum ex dictis ſanctorum Patrum, velut ex diuerſis pratis, quosdam vernantes floſculos carpendos, in vnam regulam Canonicorum, et Canonicarum cougerere, et Canonicis, vel Sanctimonialibus ſeruandam contradere, vt per eam Canonicus ordo absque ambiguitate poſſit ſeruari. Et quoniam illam ſacer Conuentus ita etiam laudibus extulit, vt vsque ad vnum jota obſeruandum percenſeret, ſtatuimus, vt ab omnibus in eadem profeſſione degentibus indubitanter teneatur, et modis omnibus, ſiue a Canonicis, ſiue a Sanctimonialibus, canonice degentibus, obſeruetur. „Idem Auguſtus Imperator litteras eundem in finem dederat ad *Arnonem* Archiepiſcopum *Salisburgenſem* pro confirmatione Regulae in Concilio (a quo Archipraeſul aberat) *Aquisgrani* decreta. *a*) „Quapropter volumus, atque decernimus, vt juxta Metropolitanae ſedis tibi canonice collatam dignitatem, noſtraeque auctoritatis ſanctionem dioeceſeos tuae Epiſcopos, et coeteros Eccleſiae Praelatos tempore, et loco congruenti ad te accerſere facias, et his coram capitulatim memoratam inſtitutionis formulam praelegi jubeas, et quod ob exaltandum eccleſiaſtici culminis faſtigium, et animarum ſalutem idem ſacer Conuentus eam ediderit, liquido

a) Loco mox cit. d. 540.

quido demonstres; ſed et de his, qui in nouo Collegio canonice degunt, tenendam, obſeruandamque coram memcrato Miſſo noſtro (erat ille *Notbo*) conferes. „ Cet. Imo *Sirmondus* apud *Eſpenium a*) teſtatum reliquit: „ Concilii *Aquisgranenſis* exemplaria in ſingulas prouincias cum epiſtola Imperatoris ad vniuscujusque Prouinciae Metropolitanum miſſa ſunt; hinc epiſtolarum, quae paſſim occurrunt, diuerſi tituli, omnes vero ejusdem ſunt argumenti. „

§. LXIV.

INSTITVTI ILLIVS RECEPTIO.

Igitur Inſtitutum hocce, quod ante adeo commendatum fuerat, celeberrimum redditum eſt. Contigerat illud potiſſimum jam tum in Capitulari *Aquisgranenſi. b*) Ibi. „ Sed et flagitamus veſtram Almitatem, vt Miniſtri altaris Dei ſuum miniſterium bonis moribus ornent: ſeu et alia Canonici obſeruantia ordinis, vel Monachi propoſito conſecrationis, obſecramus; vt bonam et probabilem vitam, et conuerſationem habeant, ſicut et ipſe Dominus in Euangelio praecipit: *ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, qui in coelis eſt.* Vt eorum bona conuerſatione multi adtrahantur ad ſeruitium Dei.

a) Eſpen Tom. 2 oper. p. m. 157.

b) De anno 789. cap. 72. Tom. 1. CC. G. p. 282.

Digitized by Google

Dei. Et non ſolum ſeruilis conditionis infantes, ſed etiam ingenuorum filios aggregent, ſibique ſocient. Et vt ſcholae legentium puerorum fiant, pſalmos, notas, cantus, compotum, *a*) grammaticam per ſingula monaſteria, vel Epiſcopia diſcant: ſed et libros Catholicos bene emendatos habeant: quia ſaepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros male rogant. Et pueros veſtros non ſinite eos, vel legendo, vel ſcribendo corrumpere. Et ſi opus eſt Euangelium, vel Pſalterium, et Miſſale ſcribere, perfectae aetatis homines ſcribant cum omni diligentia.„ Item. *b*) Simul et hoc ... ſimiliter, qui ad Clericatum accedunt, quod nos nominamus *Canonicam vitam*, volumus, vt illi canonice ſecundum regulam omnimodis viuant: et Epiſcopus eorum regat vitam, ſicut Abbas Monachorum.„

 Nume-

a) De compoto Eckard ad leg. Salic. p. m. 178. habet, „ *Compoto* MSS. *Quelferbyt.* *Computo.* Computus eſt numeri aſſignatio; Sed ſpecialiori ſenſu notitia *curſus lunae*, ac *kalendarum*, ſeu ſcientia, certificandi tempus ſecundum ſolis et lunae progreſſum, vt *Durandus* lib. VIII. Rational. c. 1. definit. Vide plura apud *Cangium*. Habemus nos in codice membranaceo *magiſtri Rheinheri Decani Paterburnenſis perſpicaciſſimi calculatoris compotum emendatum*; vt inſcriptio praefert, qui *compotum* hoc modo definit: *Compotus eſt ſcientia inueniendi, quibus diebus et Feriis annua feſta redeant.*

b) cap. 73. Tom. 1. loc. cit.

Numerus eorum, qui eam vitam exoptabant, in dies ſingulos adcreſcebat cumulatius, vt eorum omnium ſuſcipiendorum Eccleſiae Cathedrales redderentur inſufficientes. Plures inde Conuentus Monachorum inſtar, quantumuis tales reapſe non extitiſſent, viuentium extra easdem Epiſcopales Eccleſias coordinabantur, vel conſtitutis nouis Eccleſiis, vel Conditis ab *Francorum*, *Germanorumque* Regibus Capellis, vel Eccleſiis etiam Parochialibus; quibus omnibus noua hujuscemodi Canonicorum Collegia addita ſunt. Exempla ſint ſequentia. *Wiligiſus* Archiepiſcopus *Moguntinus* S. *Stephani* de nouo excitauit Eccleſiam, cui adjunxit Collegium Canonicorum. *Erkenboldus* ibidem Archiep. Eccleſiae *B. V. Mariae in campis* author fuit, cui Canonicorum addidit clauſtrum. Eccleſiam S. *Mauritii* Collegiatam exſurgere fecit *Luitbertus*, denuo Archiepiſcopus in *Moguntia*; atque ibidem *Theodoricus*, Praepoſitus Eccleſiae majoris, ſubin Archiepiſcopus *Treuirenſis S. Gangolphi* fundauit Eccleſiam. *a*)

Quantum ad Capellas, in Germania per Francorum Reges id praeſtitum eſt. Capellae regiae, ſeu Eccleſiae S. *Bartholomaei Francofurti* a *Pipino* additum fuit Canonicorum Collegium. In Palatio *Aquenſi* a *Caroli* M. conſtructam eſſe aliam Capellam regiam, in uniuerſo *Franco-*

a) Dürr de capit. claus. §. 4. in not.

Francorum regno prae ceteris honoratam, ſuperaddito Canonicorum coetu, litteris abunde proditum eſt. Capellis Regiis *Francorum* aeuo in *Germania* conditis, Reges, Imperatoresque *Germani* alias vna cum Canonicorum congregatione inſtaurarunt, inter quas non infirma *Goslarienſis* fuit; quae Henrico III. Imperatori anno 1039. ſuam debet originem. *a)* Quantum denique ad Parochiales adtinet; exemplum in *Moguntia* eſt „ dum *Sifridus* Archiep. *Mogunt.* Eccleſiae parochiali B. V. ibidem addidit Canonicorum Collegium. Similiter *Henricus* Landgrauius *Haſſiae* (quamquam ſerius) anno 1366. Eccleſiam parochialem S. *Martini*, Dioeceſis *Maguntinae*, Eccleſiae parochiali B. V. immutauit in Eccleſiam Collegiatam; et poſtea vnus ex Canonicis Rector Eccleſiae parochialis conſtitutus fuit. „ En originis, quae ſua Eccleſiis Collegiatis, noſtra adhuc aetate frequentiſſimis ſua dederunt cunabula. Iſta Canonicorum vita ſuam denuo, vt eo humanius reciperetur, commendationem obtinuit in Concilio *Moguntino* ſub *Rabano* Archipraeſule. *b)* Atque quod huic

M 5 de

a) Apud eund. loc. cit.

b) De anno 847. Can. 13. Providendum neceſſario eſt vnicuique Epiſcopo, qualiter Canonici viuere debeant; nec non eſt Monachi, vt ſecundum ordinem regularem viuere ſtudeant, vt ait Apoſtolus: *vnusquisque, in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.* „ Cet. Tom. 2. CC. G. p. 157.

Digitized by Google

deſeruit argumento, eſt, eos Canonicos Monachorum loco, ea aetate non ad aequas vitae Religioſae bilances, luxata regula, mores componentium fuiſſe ſubſtitutos. Quam in rem Fleurius ſcribit: *a*) „ Sub initium ſaeculi noni, annis poſt S. *Benedictum* fere trecentis, Monachi ab exacta Regulae obſeruantia quam maxime receſſerant; eoquod monaſteria per vniuerſum Occidentem diffuſa, ſibi inuicem haut ſubordinata, diuerſas circa ea, quae in Regula expreſſa non ſunt, conſuetudines paulatim receperint, veluti circa colorem et formam habitus, victusque rationem: atque diſcrepantes conſuetudines iſtae praetextus extitere relaxationum, cui malo vt medela fieret, ſub initium Regiminis *Ludouici Pii* circa annum 817. ordinatio *Aquisgranenſis* facta fuit, cura S. *Benedicti Ananenſis*, nec non conſilio plurium regni *Francici* Abbatum. Ibi labores manuum commendantur, a quibus nec ipſe Abbas exemtus erat; indeque adparet, Monachorum presbyterorum numerum tum temporis adhuc valde exiguum fuiſſe. Anno 816. praecedente plures Epiſcopi, eodem loco congregati Regulam, quae eſt quaedam Regulae S. *Crodegangi* quaſi extenſio, Canonicis dedere, quae etiam per integrum Regnum transmiſſa, pluribusque ſaeculis obſeruata fuit.„

§. LXV.

a) *Fleurius* diſſert. 8. in Hiſtor. Eccles. §. 2.

Digitized by Google

§. LXV.

EXEMPLVM RECEPTIONIS DOMESTICAE: SEV DE ADMISSO IN VRBEM *BAMBERGENSEM* VITAE COMMVNIS INSTITVTO IN ECCLESIA POTISSIMVM IMPERIALI CATHEDRALI.

Neque domeſtica receptionis nobis heic Bambergae deſunt exempla. Etenim quamuis ſiue *Crodegangi* tempore, ſiue toto *Carolingorum* regum decurſu, diſtrictus *Bambergenſis* in ſpecialem noudum adſcendiſſet Epiſcopatum, neque ea in vrbe, ſiue cathedralis, ſua collegialis extitiſſet eccleſia: ex eo tamen tempore, quod deleta iis in partibus per ſummum nefas inluſtriſimorum, antiquiſſimorumque ex gente *Francica* comitum *Babebergenſium*, in perſona *Adalberti*, proſapia, S. Henrico, de ſtirpe *Saxonica*, *Bauariae* duci, ac ſubin *Romano* imperatori terrae illae in partem haereditatis obuenerant, ejusdem religioni, ac piiſimae munificentiae tribuendum eſt, vt de proprio ſibi paſtore ea ciuitas vna cum pagis ſuis gratulari valeret; *a*) atque eccleſia ibi exurgeret cathedralis, ac poſtea aliae collegiatae, in quibus id vitae genus an effloruerit, modo diſſeremus, deque hac *Bambergenſium* ſorte ſpeciatim loqui, inſtituimus In eccleſiam igi-

a) Legi meretur Praen. D. *Heiberger* Archiuarius *Bambergenſis* in epitome diplom. Hiſt. part. I. de an. 1774. variis in locis.

igitur *Bambergenſem* a primis ſuae fundationis annis idem fuiſſe inuectum vitae communis ſtudium annales tradunt *Bambergenſes.* *a*) Ibi „ Vnde non humanae laudis praemiis inductus (de S. *Henrico* ſermo eſt) ſed diuinae promerendae gratiae ſtudio inflammatus, ſequenti anno *Bambergae* Epiſcopium, et nobiliſſimam Baſilicam erigere, eamque eximiis praemiis (fors praediis) et Regalibus ampliſſimis honeſtatam, in honorem diuorum *Petri* et *Pauli* Apoſtolorum, et D. *Georgii* Martyris dedicare inſtituit. „ Item. *b*) „ Proximo anno *Fermam* regii juris oppidum in Ducatu *Spoletano*, et *Namienſi* Comitatu ſitum permutauit, et a *Benedicto* Pontifice pro eo accepit *Winicberingam* vicum cum ceteris ſuis juribus, et poſſeſſionibus, quae poſtea Fratribus *Coenobii D. Georgii* (ſic verba Diplomatis habent) conceſſit VI. Idus *Februarii* Indict. I. anno Regni ſui XVII. Imperii IV. Sed nemini mirum videri debet, Canonicos Baſilicae Cathedralis Fratres, ac ipſam Eccleſiam Coenobium dici, quia ſic paſſim in litteris Pontificiis, et Imperatorum Diplomatibus per ea tempora apellatam inuenio. Prima enim iſtorum Collegiorum inſtitutio diſciplinae *monaſticae* fuit ſimillima, nec Canonici proprias rexerunt familiua,

a) *Hoffmannus* apud de *Ludvvig* Lib. 1. p. 40. n LXV.

b) Item *Hoffmannus* p. 53. n. LXXXIV. Plura vide. ap. D. *Heiberger* cit. §. 136 p. 115.

Digitized by Google

milias, ſed familia fuerunt Epiſcopi: neque adminiſtris aliis vſi ſunt; ſed miniſtri Eccleſiae ipſi fuerunt.„ Ex quibus colligitur, nondum eum teporem, qui alias jam tunc Eccleſias medullitus peruaſeret, quum a communis vitae Inſtituto remittebatur, inrepſiſſe in has oras; ſed in origine ſua pia, ſancta, ac diſciplinae ſtudioſiſſima plena capiebat manu Eccleſiá *Babebergica* diuinae benedictionis copiae cornu. Canonici autem ibi *Fratres* S. *Georgii* adpellabantur ex eo, vt facilis eſt conjectura, momento, quod Eccleſia ſacris D. *Georgii* honoribus dicata eſſet. Inde etiam Coenobium *Georgianum* compellatum, reperimus: *a*) ſummis etenim, quibus juſtum fuerat, proſequebatur gratitudinis, ac duliae cultibus D. *Georgium* *Henricus* Imperator, fundatorque; quod in rebelles *Vandalos*, et *Slauos* arma conuertens, praeſenti SS. *Laurentii*, *Georgii* et *Adriani* Martyrum ſubſidio partam ſibi gratularetur victoriam, eumque D. *Georgium* in poſterorum aeua turrem vellet fortitudinis ſuperni auxilii contra incentiuos Vicinorum jactatus. De hac vita communi, etiam monaſtica dicta, ex ipſis fontibus Archiuii *Bambergenſis*, vt jucundum cum vtili miſceamus, plura haurire eſt documenta, ita equidem, vt nullus dubitationi

a) „ Anno milleſimo triceſimo *Eberhardus* Epiſcopus. . . . Auracum praedium in altera *Regniſi* ripa poſitum ſubjunxit. et GEORGIANO COLLEGIO indulſit. „ Ap. Ludvvig. cit. p. 60.

tioni relinquatur locus, quod, vſque dum S. *Otto*, Praeſul *Bambergenſis* (qui anno 1102. Epiſcopatus ſuſcepit ſolicitudinem, ac anno 1139. mortalitatis depoſuit exuuias) viuus fuerat ſuperſtes, vitae communis repagula adhuc fuerint infracta.

Documenta autem vitae communis ex plurimis feruiant ſequentia. *a*) „ Proinde nouerint omnium noſtri fidelium tam praeſens etas, quam et ſucceſſura poſteritas Quia nos noſtrae quendam proprietatis locum *Furti* dictum in pago. Nordgouue et in Comitatu Berengeri comitis ſitum ad ſtipendium Canonicorum in eadem ſupra dicta epiſcopali ſede Coenobite Deo Seruientium. . . donamus. „ etc. Et infra : „ quicquid illis libeat modis omnibus in vſum Coenobitae Fraternitatis inde faciendi. „ Item *b*) pro fideli ſeruitio Guntheri ſanctae Babebergenſis Eccleſiae in Majori Monaſterio videlicet et ſancti Petri Deo militantibus ad quendam locum illorum juris *Vurte* dictum in pago Nortgouue ſitum in Comitatu Heinrici Comitis mercatum a Beatae memoriae Patre noſtro aliquando Nuorenberc translatum. cum Theloneo

a) Vide codicem diplomaticum Bambergenſem edit. an. 1774. Num. 9. vbi diploma S. *Henrici* Imp. pro eccleſia *Bambergenſi* de anno 1007. refertur.

b) In codice cit. Num. 55. Eſt diploma *Henrici IV.* de anno 1062.

neo et percuſſura proprii numiſmatis reddidimus et confirmauimus. ita vt Mercatores ibidem negotiantes finitimorum Mercatorum ſcilicet Ratisbonenſium. Wirziburgenſium. Babenbergenſium juſtitiis vtantur. Itaque vt hoc noſtrae Clementiae beneficium praenominatis Fratribus plenius liberiusque cedat in vſu„ etc. In alio Diplomate. *a*) Eccleſia Cathedralis Monaſterium Sancti *Petri* et S. *Georgii* nuncupatur, pro more ea aetate inualeſcente, quo Eccleſiae, quorum Canonici vitae communi, quantumuis non Monachali, ſeſe mancipauerant, Monaſteria compellabantur. *b*) In conſimili Diplomate de Eccleſia eadem perhibetur„ omnis profeſſio *Famulantium* ibi Deo pro emunitate habeatur .... quatenus ibidem Deo *famulantes*„ etc.

§. LXVI.

QUID DE ECCLESIIS COLLEGIATIS IN EADEM VRBE BAMBERGENSI?

G*untberus* Henrici III. germaniae ſupremi Moderatoris Cancellarius, in quo utrum ſcientiarum nitor, an virtutum, fortitudiniſque ſplendor plus inluxerit, dubitatur, opitulante comitis *Rheinboldi Wallbach* liberalitate, eccleſiam S. *Gangolphi* collegiatam funda-

a) Eſt ejusdem. Henrici IV. Diploma aliud de anno 1070 in codice laudato num. 57.
b) Codice cit. n. 27.

fundauit, ſtabilita ibidem Canonicorum vita. S. *Otto* Eccleſiae *Babebergenſis* Praeſul VIII. ac decus inluſtriſſimum eccleſiam collegiatam ad S. *Iacobum*, quam Hermannus I. inchoauerat, abſoluit, conſecrauitque, inducto eodem illuc vitae inſtituto. *a*) Eccleſia ad S. *Stephanum* a fundatione ſua per S. *Henricum* Imp. Canonicis *Auguſtinianis* concredita fuerat. *b*) Aſt ad finem duodecimi ſaeculi in collegiatam verſa eſt eccleſiam. *c*)

Illud nunc reliquum eſt dubium, vtrum in vtraque ad S. *Gangolphum*, ac S. *Iacobum* Eccleſia primitus viguerit vitae communis, ſeu *Crodegangi* regula? Quantum ad primam: Author diſſertationis de eadem in negatiuam inclinat ſententiam, quum *d*) ſequentia ſcribit. „, Ab annis mille trecentis, ſaeculo nempe ab erectione hujus eccleſiae tertio, admodum bene conſtat, diſtinctis praebendarum portionibus Canonicos ſingulos potitos, ſeparatas, propriaſque curias poſſediſſe: de quibus longioribus ab hinc temporibus jam dudum diſpoſitis ſpecialiter praeter alia manuſcripta memorant ſtatuta ab anno 1405. de nouo condita, atque ab *Antonio* Reuerendiſſimo Epiſopo *Babebergenſi* confir-

a) Apud de Ludvvig volum. 1. p. 274.
b) Circa annum 1009, ap. eund. p. 47.
c) Anonymus *Wahrſager* p. 9. de an. 1744.
d) Author diſſert. de orig. et condit. eccleſ. colleg. an. 1768.

confirmata, vbi antiquiorum inſimul ſtatutorum, et prioris viuendi normae non obſcura ſit mentio; haec antiquiora nempe non amplius quidem originaliter extant, ſed cum aliis quibusdam manuſcriptis tempore belli anno 1630. deperiere; hinc primis temporibus, ſcilicet ſaeculis Eccleſiae (intellige S. *Gangolphi*) Imo, et IIdo non certo ſatis adfirmari poteſt, qualem Canonici duxerint vitae rationem; ſed probabilius tamen credendum, non abſimile vitae ſeparatae inſtitutum viguiſſe, quum nec vel vnicum deprehendatur veſtigium vitae communiter peractae, v. g. domus antiquatae vel rudera, vel nomen relictum, in qua Canonici ſinguli cohabitaſſent, ſicuti in variis eccleſiis, vbi vel domus ipſae, vel eorum ſaltim nomina, vulgo Brüder Höfe, adhuc ſuperſunt: e contrario autem ante aliquot annos rudera alicujus domus antiquiſſimae extabant, et propter inutilitatem deſtructa ſunt, vtpote quae domus capituli nuncupabatur, id eſt, vbi capitula tantum haberi ſolebant, quod eo magis credendum, quoniam exiguo admodum ſpatio, et duo tantum conclauia minora in ſe continebat, et ſic impoſſibile fuiſſet, vt tot Canonici in illa habitare potuerint. „ Ita autor laudatus. *Hoffmannus* a) de utraque ad S. *Gangolphum*, et *Iacobum* eccleſia hæc refert. „ His

 tribus

a) *Hoffmannus* ap. *Ludvvig* cit. p. 174.

tribus eccleſiis (videlicet Cathedrali, illis ad S. *Stephanum*, et S. *Michaelem*) poſtea per *Guntherum*. . . . Praeſulem et per *Reginoldum* quendam virum nobilem addita eſt quarta eccleſia in honorem S. *Mariae*, matris Domini, et S. *Gangolphi* M. extra vrbem verſus Orientem, in loco *Teuuerſtat*, ſub Ordine et Profeſſione Canonica. Denique ſextus ejusdem ſedis Epiſcopus *Hermannus* contra vrbem verſus Occidentem, in honorem S. *Jacobi* Apoſtoli. . . . Eccleſiam ſub *Ordine Canonico* initiauit: Hanc *Otto* humilis amator pauperum Chriſti, octauus ejusdem ſedis Epiſcopus, cooperante *Eberhardo* Praepoſito, conſummauit, et dedicauit, ac ſtirpem, ordinemque illic Deo ſeruientium decenter diſpoſuit. „Idem iisdem vrbis recenſet *Gretſerus a*) ex quo quis fortaſſe argumentum depromet, per *Ordinem Canonicorum* intelligi vitae Clericorum ſocialis, communisque normam, praecipue, quum res penitus ſit confecta, eandem vitae formam apud Eccleſiam Cathedralem vſum tum temporis adhuc obtinuiſſe. Alia de illa ad S. *Jacobum* vide ſis in *Hoffmanno* laudato. Plura tamen in hunc vsque diem vitae communis apud S. *Jacobum* perſtitere indicia, quam ad S. *Gangolphum*; ex quo forte quis ſuſpicabitur pro vita communi in Eccleſia vtraque, quum ſimilis vtriusque Eccleſiae videatur ſors: aſt niſi alia

a) *Gretſerus* in vita S. Henrici, cap. 7.

alia producantur documenta, res iſta ſuis e tenebris nondum ſatis manet euoluta.

§. LXVII.

DE CLERICORVM SECVNDVM ILLVD INSTITVTVM VIVENDI GENERE.

Accipe in paucis iſtiusmodi Inſtituti *Crodegangici* ſummam, id quod multa habuit cum monaſticae vitae functionibus communia; atque ideo a ſat multis haec inter Clericos communis vita adpellatur Monaſtica, quantumuis re apſe ab illa Monachali fuerit diſcriminata. Etenim nunquam *Crodegangus* voluit, Inſtituti ſui ſectatores trium ſolemnium votorum obſtringi vinculis, vt Coenobitis mos eſt, ac legibus firmata conſuetudo. Itaque Canonici omnes infra clauſtri, ſeu Monaſterii, rite muniti, muros compingebantur; Non diſſimili ab hodiernorum Religioſorum more ſub directione Epiſcopi, vel reſpectiue Decani, Praepoſitiue, monaſticam decurrebant vitam. *a*) „Vno in dormitorio in ſingulis lectulis dormiebant; et inde Clauſtrum *Canonicorum* junctum ſemper erat Eccleſiae Cathedrali et Epiſcopali Curiae; prout hic *Moguntiae* adhuc manifeſta ſuperſunt veſtigia; Curiam enim Epiſcopalem olim ipſe inhabitauit Archiepiſcopus, et adhuc hodie illam inhabitandam pro lubitu confert cuidam ex Canonicis

a) Videatur Cl. D. Dürr de capit. claus. §. 5. in nota.

nicis Metropolitanis „ Vel de nocte, vel ſummo mane nocturnas, matutinasque Deo decantabant laudes: neque minor fuerat in reliquis per diem horis perſoluendis pietas, ac Religio: in dies ſingulos, abſoluta plerumque *Prima Canonica*, conueniebatur in Capitulo, ferme vt hodie apud Religioſos adſueſactum eſt. *a*) Cunctis his pro exigentia abſolutis, iis, quibus votum nondum erat in Capitulo, dimiſſis, ac recedentibus, de temporalibus negotiis, aliisue ad Capitulum priuatiue ſpectantibus habita ſunt conſilia, tractatusue. Hujuscemodi fuerant electiones Praelatorum, ſuſceptiones fratrum, conlationes beneficiorum, atque hisce ſimilia, quarum determinatio cauſſarum potiſſimum a Votorum pendebat pluralitate. Perducto ad finem Capitulo operi manuum ſeſe adplicuere, ab Epiſcopo, vel altero Praelato adſignato. Plerumque in ſcribendis libris, et codicibus labor inſumebatur: vel ſtudio etiam mentem addixere bono animo Canonici, communi in Refectorio menſa fruiti, ſilentii ſtudioſiſſimi, ſacram auſcultabant lectionem, ſpiritualiter ſimul, et corporaliter refecti. Expleto prandio denuo labori manuum, Veſperis, Completorioque recitandis, ac meditationibus ſanctis vacandum erat, Coena demum frugali refocillati. Dies ſingulae Dominicae, ac feſti-

a) Inde diuulgata eſt phraſis illa: Ein Capitul bekommen.

feſtiuae pro accipienda deuote ſacra ſynaxi praeſcribebantur, atque tum jejuniis, tum abſtinentiis ad rigorem obſeruatis Deo Eucharistico domicilium praeparabatur. In Capitulo praeerat in Cathedralibus ipſe Epiſcopus: in minoribus Decanus, vel Praepoſitus: atque primo ibi aliquid ex Regula, vt ne eadem e memoria excideret Canonicorum, praelegebatur. Poſtea ſequebatur aliud ex Scriptura, ex Patribus, ex Aſcetis in aedificationem, ac ſpiritus recollectionem. Hac finita negotia cultum diuinum, diſciplinam clauſtralem tangentia tractabantur. etc. Delinguentes culpam palam profitebantur, ac praecedente admonitione, vel inuectiua ſuam quisque eorum poenam ſuſtollebat.

§ LXVIII.

CONTINVATVR ARGVMENTVM, ET VBERIVS INLVSTRATVR.

Viuebatur igitur more *Monachorum*: aſt hunc in modum uiuentes reapſe *Monachi* non erant. Regula *Crodegangi* ſtatuit. a),, Vt *Canonici cucullas Monachorum non induant*. Reprehenſibilem apud pleroſque Canonicos inoleuiſſe comperimus vſum, eoquod contra morem eccleſiaſticum cucullas, quibus ſolis Monachis vtendum eſt, induant, cum vtique illorum habitum penitus vſurpare non debent, a quorum propoſito quodammodo diſtant. . .

 ſicut

a) Regula cap. 53. Tom. 1. CC. G. p. 113.

ſicut enim turpe eſt, virum veſtem muliebrem, et mulierem veſtem virilem induere; ita valde indecorum eſt, Canonicum veſtem monaſticam induere; niſi tamen cum veſte etiam propoſitum voluerit aſſumere. Et quia hujuscemodi vſus nulla authoritate approbatur, ſed potius ab his, qui ſanum ſapiunt, merito reprehenditur, et repudiatur, oportet, vt abhinc, ne fiat, penitus inhibitum ſit.,, Noſtra hac aetate, ac temporum et morum tempeſtate verſa eſt alea: Religioſi ſubin Canonicorum vtuntur veſtibus: hi vero diploide cooperiuntur laica. Si tamen in *Germania* eam diſſonantiam non adeo conſpiciamus frequenter: conſpiciemus in *Gallia* frequentius.

Vita *monaſtica* tribus eſſentialibus conſtituitur requiſitis, votis ſcilicet illis, quibus homo tum ſuis omnibus, tum ſibimet ipſi renuntiat, *Caſtitate*, *paupertate*, et *obedientia. Crodegangi* Regula ſectatores ſuos hiſce ligaminibus haut obſtrinxerat. Coelibatus equidem tacite erat ordinibus majoribus adnexus; votum tamen *Caſtitatis* expreſſis non erat nuncupatum, emiſſumque verbis: atque eam ob cauſſam Clericis in monaſteriis quantumuis degentibus, majoribus tamen ordinibus necdum initiatis, via ad ſaeculum praecluſa non ita fuerat, quo minus eidem Inſtituto nuntium mitterent, atque matrimonii ſiue deliciis, ſiue oneribus ſeſe ſubcollarent. *Secundo.* Superiori-

rioribus equidem *obedientia* adpromittebatur ab ejusmodi Inſtituti adſeclis; attamen *voti* ea in re obligatio neſciebatur. *Tertio* quoque aberat *votum paupertatis*, çujus ligamine, teſtante ipſa *Crodegangi* Regula, et Concilio *Aquisgranenſi* nemo deuinciebatur. En vtriusque ſtatuta! *a*) „ Tam de ſuis, quam de Eccleſiae facultatibus non plus accipiant, aut exigant, quam oportet; id accipient: cibum potum, atque veſtimentum, et his contenti ſint; ne plus accipientes pauperes grauare videantur . . . Hi vero, qui nec ſuis rebus abundant, nec Eccleſiae habent poſſeſſiones, et magnam vtilitatem Eccleſiae conferunt, accipient in Canonica congregatione victum, et veſtimentum. „; etc. Item *b*) „ Si aliquis vni ſacerdoti pro miſſa ſua, vel confeſſione, aut Clerico pro pſalmis et Hymnis, ſeu pro ſe ipſo, ſeu pro quolibet caro ſuo aut viuente, aut mortuo aliquid in eleemoſynam dare voluerit; hoc ſacerdos, vel Clericus a tribuente accipiat, et exinde, quod voluerit, faciat. Concilium *Aquiſgranenſe* vero. *c*) „ Quanquam Canonicis, quia in ſacris canonibus illis prohibitum non legitur, liceat linum induere, carnibus veſci, dare et accipere *proprias res*, et eccleſiae, cum hu-

a) In eadem cap. 4. loc. cit. p. 99.
b) Cap. 42. l. c. p. 109.
c) Concilium *Aquisgranenſe* can. 115. ſub *Ludovico* pio de anno 816. Tom. 1. CC. G. p. 500.

humilitate et juſtitia habere, quod Monachis, qui ſecundum regularem inſtitutionem arctiorem ducunt vitam, penitus inhibitum eſt: non tamen in cauendis vitiis, et amplectendis virtutibus eorum a Monachorum diſtare debet vita. . . . Et quia (Monachi) nihil ſibi proprium relinquunt, manifeſtum eſt, illos copioſioribus eccleſiae ſumtibus, quam CANONICIS, qui SUIS et eccleſiae licite fruuntur rebus, indigere. „ Item. *a*) Qui vero et SUIS, et eccleſiae abundant rebus, inſtante ſterilitatis tempore eis, quos pauperes paſcit eccleſia, ſuis facultatibus cum caritate et humilitate ſuffragari procurent, vt juxta Apoſtolum *b*) *frater adjuuet fratrem, et ambo conſolentur:* non tamen ob id ſe ſuperbiendo extollant: quia ſicut in libro *Proſperi* legitur: non ſe debent hujusmodi inani jactantia praeferre his, quos nihil habentes ponit, ac veſtit eccleſia. „ etc.

Neque quis eo ſe decipi permittat, quod ſimilia Canonicorum collegia *monaſteria* fuerint compellata: aut conuentus *fratrum de domo:* conuentus *fratrum de* S. *Martino:* in *S. Martino;* velut frequentiſſimus is eſt diplomatum loquendi modus: ſiquidem haut difficulter ejusmodi ſcrupulos, vtpote nullius ponderis, penitus ſubleuent *Eſpenius*, ac *Dür-*

a) Idem can. 122. p. 503.
b) Rom. 15.

Dürrius cum aliis. Primus ſcribit. *a*) „ Dum olim Canonici vitam communem agerent, vnoque *Clauſtro* ſub certa regula, et Superiorum directione viuerent, eorum Collegia fuiſſe dicta *Monaſteria*, ex monumentis, et Scriptoribus illorum temporum eſt notiſſimum: vt merito *Molanus b*) imperitia arguat eos, qui, dum alibi incidunt in locum quenquam apud Superiorum aetatum Scriptores, in quo Canonicorum Collegium vocatur *Manaſterium*, aut errorem eſſe, aut *Monaſticum* ordinem, antequam Canonici eſſent, in eo viguiſſe, putent, non alia ratione moti, quam quod videant *Monaſterii* nomen illi quandoque tributum eſſe. Aſt poſtquam Canonici abjecta vita communi ad vitam ſingularem tranſierunt, externaque viuendi diſciplina ſe plane a *Monachis*, et Regularibus in communi viuentibus diſcreuerunt, ſenſim quoque vocabula communem illam vitam praeferentia reſpuerunt; atque ita eorum Eccleſiae, ſiue Collegia prius *Monaſteria* nuncupata, dici coeperunt *Capitula*: hocque nomine hodie Canonicorum ſaecularium Eccleſiae a *Monachorum*, et *Canonicorum regularium* Conuentibus *diſtinquuntur*. Alter vero *c*) commentatur hunc in modum. „ Nota ſatis eſt diſtinctio apud Veteres jam inter *Monaſterium Canonicorum*, et *Mona-*

a) *Eſpen* I. E. U. part. 1. tit. 7. c. 5. n. 1.
b) Lib. 1. de Canonicis cap. 11.
c) *Dürr* comment. de *Mogunt.* S. *Martini* monaſterio cap. 3. §. 15. Cum quo confer. *du*

Monaſterium Religioſorum. Quia enim Clericorum ſodalitia ... inſignem habent adfinitatem cum Monachorum clauſtris et coenobiis, non adeo mirandum eſt, aedificia hiſce Canonicis colligendis deſtinata; imo ipſa templa majora *Monaſteria* dicta fuiſſe, adeoque haec nomina: *Monaſterium majus*: *Monaſterium* S. *Martini* (loquitur de eccleſia Metropolitana *Moguntina*) *Conuentus fratrum* de *domo*, *Conuentus fratrum* de S. *Martino*, neutiquam inferunt, Metropolitanam *Moguntinam* verum Monaſterium, ac Religioſorum S. *Benedicti* fuiſſe Coenobium, Canonicos etiam fuiſſe Monachos vere tales. „ etc.

CAPVT IX.

Qualis eo in Inſtituto conferendorum beneficiorum, ac ſuſtentandorum Clericorum fuerit ratio? qualiterque prima facta ſit menſae Epiſcopalis a menſa Canonicorum ſeparatio.

ARGVMENTVM.

Paragraphus 69. *Mutatio diſciplinae in conferendis beneficiis, ejuſque ratio in eccleſiis praecipue cathedralibus, et collegiatis.*

70. *Qualis ſuſcipiendi in illud Inſtitutum fuerit ratio?*

71. *Duplex praecipue eo in Inſtituto Canonicorum claſſis.*

72. *Quaenam fuerit diſciplina poſt adſumtum* Crodegangi *Inſtitutum circa partionem honorum eccleſiaſticorum?*

73. *Qualiter prima facta ſit menſae Epiſcopalis a menſa Canonicorum ſeparatio?*

§. LXIX.

§. LXIX.

MVTATIO DISCIPLINÆ IN CONFERENDIS BENEFICIIS; EJVSQVE RATIO IN ECCLESIIS PRAECIPVE CATHEDRALIBVS, ET COLLEGIATIS.

In ea *Crodogangi* regula circa Epiſcopi in conferendis beneficiis facultatem mutatio ſubintraſſe aliqua, deprehenditur, quae dilabentibus annis, ſaeculiſque majora ſumſit incrementa, ita, vt capitula, inconſulto etiam Epiſcopo, Canonicos ſibi adſumſerint, qui vſus, vt auguratur *Thomaſſinus a)* inrepſit diutino Epiſcopatus interregno, aut ex frequentiore Epiſcoporum abſentia, aut ex eorum diutina negligentia, qui praeſcribi eam conſuetudinem paſſi ſunt: aut denique ex priuilegio, quod Epiſcopi ipſi elargiebantur: ſicut et eligendi Abbatis priuilegio tam multa donarunt Coenobia ad faciliorem clauſtralis diſciplinae obſeruantiam; quibus tamen adhuc alia quaedam addenda eſſe exiſtimo, atque vt vberius ea pertractentur, inferius locum dabo. Illud nunc commonefaciendum, quod poſthac intactam, in adornando circa beneficiorum conlationem diſcurſu, praetermiſſuri ſumus Epiſcoporum pote-

Freſne in Gloſſ. ad dictas voces. Obcurrit et illa diſtinctio in miraculis S. *Bertini* Abbatis lib. 1. c. 9. ap. Mabilon: in actis O. S. Benedicti ſaecul: 3. p. 115. ap. eund. *Dürr.*

a) Thomaſſin. part. 1. Lib. 1. c. 36. D. N. et V

poteſtatem, quantum ad ea beneficia, quae foras extra capitulorum ſunt limina; atque quum praeſtitutus nobis ſit finis, diſſerere de *Turni* epocha, juribus, etc.; quae ipſa contingunt capitula, ſingulaque eorum venerabilia membra, auſpicium oportuniſſimum erit ab hoc *Crodegangi* inſtituto, in quo ejuſmodi jurium ſemina ſunt, primaeque lineae depictae, ac deprehenſae.

§. LXX.

QVALIS SVSCIPIENDI IN ILLVD INSTITVTVM FVERIT RATIO?

Vt ex ordine progrediamur, ante reliqua merito heic a ſuſceptione ordimur; atque penes quem ſuſcipiendi facultas perſtiterit, commonſtramus. Itaque *jus* illud, ſuſcipiendi fratres toti Canonicorum collegio ſtabiliebatur, dirigente id negotii vel Epiſcopo, vt Rectore, vel in non Cathedralibus eccleſiis Praepoſito, aut Decano; vel ut videtur ex pluribus tum *Crodegangici* inſtituti, tum concilii *Aquisgranenſis* legibus. Inſtitutum in regula *a*) definit. „ Cauendum ſummopere Praepoſitis, ac Praelatis eccleſiae eſt, vt in eccleſiis ſibi commiſſis non plures admittant Clericos, quam ratio ſinit, et facultas eccleſia ſuppetit. . . . Sunt namque nonnulli, qui innumeroſam Cleri congregationem

a) Regula *Crodegangi* cap. 3. Tom. 1. CC. G. pag. 98.

ſionem volunt habere; cui nec animae, nec corporis curant ſolatia habere. Hi namque qualiter aggregati, dum a Praelatis ſtipendia neceſſaria non accipiunt, neque Canonicum ſeruant ordinem, nec diuinis officiis inſiſtunt: Clauſtra, ſocietatemque coeterorum relinquenntes efficiuntur vagi, et laſciui, gulae et ebrietati et coeteris voluptatibus dediti, quidquid ſibi inhibitum eſt, licitum faciunt. Proinde Praepoſitis ſolerter prouidendum eſt, vt in hoc negotio modum diſcretionis teneant. Scilicet vt nec plus, quam oportet, et poſſibilitas Eccleſiae ſuppetit, in congregatione admittant; nec eos, quos rationabiliter gubernare poſſunt, cauſſa auaritiae abjiciant.,, Per Praepoſitum autem heic non notari Epiſcopum, ex eadem luculentiſſime perſpicitur regula, in qua Praepoſitus idem eſt, ac Archidiaconus. ,, De Archidiacono vel Praepoſito. . . qui Archdiaconus vel Praepoſitus. ,, etc. *a*) Pro Praelatis, aut ſaltim pro iis, qui Praelatis haut abſimiles cenſebantur, habiti ſunt ſequentes. *Praepoſitus*, ſeu *Archidiaconus*, *Primitiarius*, *Cellarius*, *Portarius*, *Cantor* ex variis hujus Inſtituti capitulis, canonibuſque concilii *Aquisgranenſis* praelaudati, quos inter primum tenuit locum *Praepoſitus*. *b*)

a) loc. cit. cap. 10. p. 100.

b) Ex regulae cit. cap. 46. et can. 139. Concil. *Aquisg. Quamuis omnes, qui Praeſunt, Praepoſiti recte dicantur, vſus tamen obtinuit, eos vocari Praepoſitos; qui prioratus curam ſub aliis Praelatis gerant,* ,, etc. Tom. I. 511.

Porro de ſuſceptione ſtatuitur. *a*) „ Sunt nonnulli, qui tantum ex familia eccleſiaſtica Clericos in ſibi commiſſis congregant eccleſiis; et hoc ideo facere videntur, vt ſi quando eis aliquid incommodum fecerint, aut ſtipendia oportuna ſubtraxerint, nihil querimoniae contra ſe objicere praeſumant, timentes ſcilicet, ne aut ſeueriſſimis verberibus afficiantur, aut humanae ſeruituti denuo crudeliter addicantur. Hoc autem non ideo dicitur, vt ex ea familia eccleſiae probabilis vitae in congregatione non ſint admittendi, praeſertim cum apud Deum non eſt perſonarum acceptio, ſed potius, vt propter quam intulimus occaſionem, nullus Praelatorum ſecluſis nobilibus, viles tantum in ſua congregatione admittat perſonas. „ Quod conſtituerat Regula *Crodegangi*, ſtabiliuit concilium *Aquiſgranenſe*. *b*) In idem ſuum dedit ſubfragium Concilium *Moguntinum*. *c*) Ibi. „ Vt plures non mittantur in monaſteria canonicorum, vel monachorum, aut etiam puellarum, quam ſufferri poſſit. „ Item *d*) „ Praecipimus, vt vnuſquiſque Epiſcopus ſciat per ſingula monaſteria, quantos quiſque Abbas Canonicos in monaſterio ſuo habe-

a) Statuerat illud Regula cap. 5.

b) Confirmat Concilium *Aquisg*. can. 118. et 119. Tom. 1. p 501.

c) De anno 813. cap. 19.

d) Can. 21. Tom. 1. CC. G. pag. 409. ſeq.

habeat: et hoc omnino ambo pariter prouideant, vt, ſi monachi fieri voluerint, regulariter viuant: ſin autem, canonice viuant omnino." Conſentit *Capitulare Caroli* M. *a)* Subponunt modi fati paſſus, Epiſcopum de ſuſceptione curam tunc ſuſtinuiſſe nullam; de numero tamen conuiuentium fuiſſe inſtruendum, vt puta cujus ſubjectioni nemo vllus ſe ſubducere, praeſumſerit. Iunioribus iſtiuſmodi mox poſt Inſtituti amplexum ſubeundus erat *annus clauſtralis*, ſeu *diſciplinae*; vbi velut nouitii a reliqua Domicellarium turba ſigno quodam, quod geſtare oportuit, contradiſtincti, *b)* ac in ſeminariis, ſcholiſue, quae in Monaſteriis Eccleſiarum, ſiue Cathedralium, ſiue Collegiatarum clauſtris ſub ſcholarum Magiſtri, *Scholaſtici*, directione efformata fuerant, adunabantur, vt tum morum, tum literarum auſpicatiſſimum capientes ſementem, in viros pietate non minus, quam ſcientia inſignes excreſcerent. En Concilii *Aquisgranen-ſis*,

a) Capitulare *Caroli* M. de an. 813. cap. 6. iiſdem verbis. Tom. 1. cit. p. 414.

b) Cl. *Dürr* hanc in rem ita commentatur diſſ. de capit. clauſ. §. 9. " Rudera hujus rei ex antiquo anno clauſtrali ſuperſunt in hodierna ſic dicta *Reſidentia minori*, ſeu ſtricta; et inde tenentur durante illo nouitiatu in variis eccleſiis v. g. *Paderbornenſi*, et *Halberſtadienſi* Domicellares certis diebus in certa dormire camera veteris clauſtri; et *Paderbornae* certum portare

ſis, regulam *Crodegangi* conroborantis ſtatutum: *a*) „ *Vt erga pueros, qui nutriuntur, vel erudiuntur, in congregatione Canonica, inſtantiſſima ſit adhibenda cuſtodia.* „ Dein. „ Solerter Rectores eccleſiarum inuigilare oportet, vt pueri et adoleſcentes, qui in congregatione ſibi commiſſa nutriuntur, vel erudiuntur, ita jugibus eccleſiae diſciplinis conſtringantur, vt eorum laſciua aetas, et ad peccandum valde proclinis, nullum poſſit reperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in hujusmodi cuſtodiendis, et ſpiritaliter erudiendis talis a Praelatis conſtituendus eſt vitae probabilis frater, qui eorum curam ſumma gerat induſtria, eosque ita arctiſſime conſtringat, qualiter eccleſiaſticis doctrinis imbuti, et armis ſpiritualibus inducti, et eccleſiae vtilitatibus decenter parere, et ad gradus eccleſiaſticos quandoque digne poſſint promoueri. Libuit praeterea ob aedificationem congruam, et inſtructionem negotii, de quo agitur, quandam SS. Patrum ſententiam huic operi inſerere, quae ita

pannum in veteris nouitiatus ſimbolum, et inde etiam adhuc hodie *Reſidentiis captioſis* accenſetur nouitia haec *reſidentia*, ita vt, ea non peracta, Canonici non ſint qualificati ad intrandum Capitulum; tempus autem *reſidentiae* hujus quondam indiſtincta annalis, hodie pro diuerſitate ſtatutorum variat. „

a) Concil. *Aquisg.* cit. can. 135. Tom. 1. cit. pag. 510.

ita ſe habet: *prona eſt omnis aetas ab adoleſcentia in malum. Nihil incertius, quam vita adoleſcentium.* Ob hoc conſtituendum oportuit, vt ſiquis in Clero puer eſt, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno Conclaui atrii commorentur, et lubricae aetatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant, deputati probatiſſimo Seniori, quem et Magiſtrum doctrinae, et teſtem vitae habeant. etc. His ita praemiſſis oportet, vt probatiſſimo Seniori pueri ad cuſtodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur. Frater vero, cui haec cura committitur, ſi eorum curam parui penderit, et aliud, quam oportet, docuerit; aut eis in aliquo cujuslibet laeſionis maculam ingeſſerit, ſeueriſſime correptus ab officio amoueatur: et fratri alii id committatur, qui eos et innocentis vitae exemplis informet, et ad opus bonum peragendum excitet. „*Magiſter Scholae*, Caput *Scholae*, *Capiſcolus*, *Scholaſticus* nomina ſunt idem notantia: Huic ſubin ſui quoque erant ſubſtituti. *a)*„ Etenim tum in humanioribus, tum ſublimioribus ſcientiis imbuendi erant *Juniores iſti*. Quoad ſequiorem, humanioremque Palladem *Juuenes* edocendam plerumque ſibi ſubordinato gaudebat Coadjutore Scholaſticus: altiorum vero ſcientiarum eccleſiaſticarum Canonico neceſſariarum Magiſter ipſe extitit. In variis tamen Eccle-

a) Dürr cit.

ſiarum ſcholis humaniora nequidem edocebantur, ſed illa in ſcholis monaſticis addiſcenda erant, ex quibus transferebantur Canonici ad ſcholas Eccleſiarum ſtudiorum Eccleſiaſticorum cauſſa. Magiſter ille dulcia inde pro labore ſuo exantlato deportans ab Domicellaribus emolumenta, qui et illi ab obſequio, prout juſſerat, erant. Statutum Eccleſiae *Pingenſis* habet: Item deſeruiam Domino Scholaſtico, Cappam ſuam ſibi apportando, induendo, et exuendo, quando fuero requiſitus. „

Laudatus Juuenum moderatór in ſeparato plerumque eccleſiae aedificio illic contiguo, et ab reliquo Canonicorum clauſtro ſejuncto, cum Domicellarium juuenta commoratus, ac in eodem cum iisdem requieſcens dormitorio alimenta cum veſtimentis ſubpeditabat; ſiquidem praebendae minores, quae ex communibus Eccleſiae bonis pro Domicellaribus fuerant adſignatae, diſpoſitioni ejusdem, curae ac ſolicitudini ſuberant. Quemadmodum enim penes Praepoſitum omnium bonorum pro ſuſtentatione Capitularium reſidebat adminiſtrationis cura, ex quibus illi ſuam perciperent alimoniam, cetera: ita Scholaſtico Praebendarum Domicellarium incubabat ſollicitudo; atque tali pacto non infrequenter obtigit, vt ab iſtis contra eundem ſuſcitaren-

tur

Digitized by Google

tur querelae, ac grauamina conſimilia illis, quibus altercata ſunt Capitula ſuis cum Praepoſitis. (a

§. LXXI.

DVPLEX PRAECIPVE EO IN INSTITVTO CANONICORVM CLASSIS.

Praeterea eo in *Crodegangi* Inſtituto duplex erat Canonicorum claſſis *Capitularium*, ſeu *Fratrum* vna: altera *Juniorum*, ſeu *Domicellarium*: quorum omnium characteres circumſcribit *Dürrius* hunc in modum. *b*) „Quod durante adhuc vita communi Canonicorum, Monachali maxime (hoc tamen in ſenſu ſtrictiori nolim accipias) ſicut adhuc hodie ſe res habet, jam fuerit differentia Capitulares inter et Domicellares, innumera illorum temporum monumenta demonſtrant. Capitulares enim in Eccleſiis Cathedralibus Senatum Epiſcopi, et in minoribus, ſeu Collegiatis Senatum Decani, vel Praepoſiti conſtituebant; non niſi Ordinibus majoribus initiati, voto et ſuffragio in tali ſenatu gaudebant: et quidem primitus non niſi Presbyteri, et Diaconi ad Capitulum admittebantur; vnde *Paſchalis* II. Pontifex Epiſcopo *Compoſtellano* formam conſtitu-

a) Idem. De quo argumento vtraque lectu digniſſima, nec minus jucundiſſima videri valet diſſertatio de *capitulis clauſis*: item de S. *Martini* Moguntino *Monaſterio* ab eodem elucubrata.

b) *Dürr* de capitul. cl. §. 7.

ſtituendae eccleſiæ delineans, ſcribit: *a*) *Cardinales in Eccleſia tua Presbyteros, ſeu Diaconos tales conſtitue, qui digne valeant commiſſa ſibi eccleſiaſtici Regiminis onera ſuſtinere.* Cum vero *Vrbani II.* tempore, vt putant plures, coepiſſet Subdiaconatus ad *SS.* ordines majores referri; tunc quoque Subdiaconis communicata ſunt potiſſima quaeque Capitularium jura, et ornamenta. *b*) Epiſcopus, Praepoſitus, vel Decanus ſine horum conſilio, vel conſenſu res Eccleſiae ſuae alicujus momenti pertractare non potuit. Praeterea occupabant illi ſedes in Choro Superiores, honoratioresque: promoueri poterant ad Dignitates Capitulares: comparebant nomine Capituli tanquam Deputati in Conciliis prouincialibus, variisque aliis praediti erant emolumentis, et juribus, dum videlicet certa promta, v. g. Conſolationes, panes etc. diſtribuebantur inter Capitulares, de quibus Domicellares haut participarunt: Menſa denique vtebantur in eodem cum Epiſcopo, vel reſpectiue Decano, refectorio: quae omnia ſecus ſe habebant reſpectu Juniorum Canonicorum, ſeu Domicellarium. Hi olim dicti fuerunt *Juniores*, et eorum Praebenda *Junioratus*; ſicuti Capitularibus *Fratrum* nomen inditum fuerat: Dum autem honorifica *Dominorum* adpellatio tributa fuit Canonicis majoribus, et Capitularibus; ſic

a) Ep. 15. ap. *Dürr* cit.
b) Conf. Thomaſſ. Part. 1. l. 3. c. 10. n. 1, 2.

ſic Junioribus datum fuit *Domicellorum* nomen, comparatione deſumta ex eo, quod Optimatum filii Juniores *Domicelli*, ſeu *Damicelli* vocabantur, ac *Apanagium* illis adſignatum *Domicellaria*. In ſtatutis *Lubecenſis* Eccleſiae dicuntur Domicellares *Nobiles pueri*." Hucusque *Dürr*. His adjungimus ſequentia. *a*) Sicut in *Hiſpania Infantes* vocantur filii Regum, et eorum patrimonia *Infantiatus*: In *Arragonia Infantiones* vocitati nobiles ſummae Proſapiae: ita et in *Gallia Vaſteti*, ceu *Vaſſaleti*, et *Damicelli*, ſeu *Domicelli* vocabantur Optimatum filii, dum juuenta floreſcerent, maxime autem minores, aut minimi natu: patrimonia autem illis deſponſa *Domicellariae*. Ad eum prorſus modum eadem in Capitulis ſortiti ſunt nomina, vt *Domicelli* dicerentur, qui *Juniores* olim: eorum autem praebendae *Junioratus*. In praemiſſis antea (§. 70. praeced.) declaratum iuimus, quae fuerit inſtruendorum *Juniorum* Canonicorum ratio. Quantum vero ad Cantum adtinet choralem; *Cantoris* erat curae tum Cantus, tum aliorum in choro agendorum inſtructio concredita: Praeterea teſte *Durrio b*) „ nullo gaudebant illi loco in Capitulo, nullaque ſede in Choro, etiam infra Vicariorum, ſeu tum temporis ſic dictorum Capellanorum Ordinem poſiti, non niſi inter Chorales ad communem pulpitum ſta-

O 3 re

a) Idem l. cit. n. 3.
b) Apud *Dürr* cit.

re poterant, ab omnibus, in antecedentibus commemoratis juribus excluſi. „ Idem pergit. *a*) „ Domicellares in Choro debebant omnia illa peragere, quae hodie peragunt *Chorauli*, qui proprie ſunt Domicellarium Vicarii; vnde adhuc hodie quibusdam in Eccleſiis, etiam Cathedralibus, debent praeferre crucem, portare aquam benedictam: etc. *b*) egerunt quoque Acolythos; imo in certis feſtiuitatibus ſoli celebrabant chorum, vel illi ſaltim praeerant, velut in feſto *Paſchatis*, ac *Innocentum*, vbi etiam olim vnus ex Domicellaribus debuit agere *Epiſcopum puerorum*,

Nec defuere iſtiusmodi Domicellaribus ſuae refocillationes adſignatis pro eo ſolatio certis redditibus. *c*) Emenſo autem ſtudiorum

a) Idem *Dürr*, cit.

b) *Dürr* cit. §. 8. Qui veſtigia hujus rei obcurrere teſtatur in ſtatutis eccleſiae Halberſtad. de anno 1410. in *Lünig Spicil. Eccleſiaſt.* part. II. in Anhang p. 77. vbi legitur: *Domicelli tenebunt vadelam, et caldarium aquae benedictae. . . .* Item. *Viſitabunt ſcholam apud Eccleſiam noſtram, vt cerimonias chori addiſcant. . .* Item. *Miniſtrabunt ad ſummam miſſam.* Item. *Cantabunt Alleluja, et alia ſolita.*

c) De antiquo hujus rei veſtigio Bambergae notum eſt illud in ſumma Æde officium: Das Vögel-Amt nuncupatum, Canonico capitulari conferri ſolitum, cujus redditus pro Domicellarium ſolatiunculis ex vetuſtiſſima oeconomia expendebantur, ac hodie laudato obveniunt Canonico; atque fors vltra quingentos aſcendunt florenos.

rum curriculo, neceſſariaque tum in litteris, tum in cantu, tum ceteris hauſta, comprobataque notitia, ac juſtae aetatis termino perſoluto, vel ad praeſentationem pro decernenda emancipatione ab *Scholaſtico* ipſi capitulo factam, vel ad ipſius requiſitionem de manu, et poteſtate emancipabatur *ſcholaſtici* in ipſa, quam antea frequentauerat, ſchola. Qua abſoluta, vt ad ordines promoueretur majores, denuo a *Scholaſtico* examinatus, adprobatus, ac in ordine ſacro inauguratus majorum Canonicorum albo inſcribebatur; atque adſignato eidem in Capitulo loco, ac ſede in choro ad plenam adſumebatur praebendam Canonicalem, deinceps in dormitorio *fratrum* cellula potitus, ac menſa in refectorio communi fruitus, reliquorum omnium emolumentorum, Capitularibus propriorum, particeps reddebatur.

Non ingratum fore lectori autumo, alia adhuc quaedam hanc in rem facientia addere ex laudato *Dürrio. a)* „ Ætas pro emancipatione requiſita pro diuerſitate eccleſiarum variauit. Plerumque fuit illa, quae pro Subdiaconatu fuit neceſſaria, annus ſcilicet vigeſimus primus completus, qui etiam in multis eccleſiis, *Weſtphalicis* potiſſimum, adhuc obſeruatur; ſed nouioribus temporibus ad breuius tempus in multis eccleſiis reſtri-

a) Dürr cit § 10. et alibi.

ſta eſt aetas emancipandorum. In Capitulo metropolitano *Moguntino* non vltra annum (aetatis) decimum ſeptimum ſub *Scholaſtici* cura, et diſciplina teneri debuerat Domicellaris. *Scholaſticus* ſaepius ob priuata commoda differebat petitas emancipationes, vnde a Capitulis emancipatio ſaepius fuit injunſta.... Emancipatio nihil aliud eſt, quam aſtus, quo declaratur, Canonicum ex poteſtate, et diſciplina *Scholaſtici* eſſe dimiſſum, et capacem, vt ad majora promoueri poſſit: Ritus autem emancipationis pro diuerſitate eccleſiarum, et prouinciarum fuit varius.... Et cum plerumque illi ritus antiquiſſimi ad hodiernum vsque diem ſunt ſeruati, ſic optime ex recenſione diuerſarum eccleſiarum conſuetudinum addiſcuntur. In variis eccleſiis emancipandus, nigris indutus veſtibus virgam manu portans ad terram in formam crucis ſe proſternere tenebatur, cantantibus Canonicis pſalmum: *Deus miſereatur noſtri*, ac durante collectae lectione jacens trina vice feriebatur virga.... In Dioeceſi *Moguntina* nullus fere emancipationis ritus ſingularis eſt cognitus, ſed petita emancipatione, ſolutisque juribus a *Scholaſtico* emancipationis teſtimonium expeditur.... Pro emancipationis actu certa *Scholaſtico* ſoluenda erant jura ad hodiernum vsque diem ſeruata: peracta emancipatione plerumque adhuc emancipatus mittebatur ad

ad ſic dictam diſciplinam, dum in certo ſeparato clauſtri loco debuit degere certo tempore, in ordinem poenitentium reductus, certo etiam indutus veſtimento, ac ſpiritualibus vacare exercitiis, quo tempore elapſo quaſi iterum reconcilabatur a Decano, ac reliquae communitati reſtituebatur. De hac ad diſciplinam miſſone in ſtatutis eccleſiarum frequens fit mentio. Ex obſeruantia quorundam Capitulorum ſpatio ſex ſeptimanarum detinendus eſt emancipandus, vt, ſi quis Canonicorum vel cum Neo Canonico, vel ejus parentibus de juribus, et praeſtationibus Canonicis exhiberi ſolitis lites habeat, haec interea componantur, et hiſce controuerſiis amice compoſitis, demum dimittitur. . . . In eccleſiis Cathedralibus, dum Epiſcopus, et Canonici Cathedrales adhuc in communi viuebant, ad recipiendum ad Capitulum, et plenam praebendam tam Epiſcopi, quam Capituli requirebatur conſenſus; et exinde etiam euenit, cur poſtea diuiſione cum Epiſcopo facta per ſex menſes collatio praebendarum plerumque relicta fuerit Epiſcopo, et per ſex menſes Capitulo. Ritus conſueti in admiſſione ad Capitulum ex vita communi ſeruati ſunt plerumque in eccleſiis, et addiſci poſſunt ex ſtatutis Capitulorum. . . . Denique nullae, prout ex monumentis fide dignis eruitur, tum temporis aliae erant menſae in pleriſque fere Mo-

O 5 naſte-

naſteriis Canonicorum, quam menſa Capitularium, cui et Vicarii, et Capellani, ſiqui aderant, adcumbebant; et menſa Domicellarium in ſeparato Refectorio; et ſic ab hac menſa quis transferebatur ad illam. „ Huc vſque *Dürr*; qui fuſius ea de re proloquitur. *a*)

§. LXXII.

QUAENAM FUERIT DISCIPLINA POST ADSUMTUM CRODEGANGI INSTITUTUM CIRCA PARTITIONEM BONORUM ECCLESIASTICORUM?

Probato ferme vbique *Crodegangi* inſtituto atque adſumendi ad hoc vitae genus Candidatos poteſtate ad Capitulum deuoluta (§. 69.) ea diſtribuendorum eccleſiae bonorum facies eſt ſuperinducta, vt quemadmodum ibi viuebatur in communi, ita facultates quoque, velut quodpiam commune, poſſidebantur, atque diſtribuebantur ea ratione, quam varia regulae capita no-

a) Idem. l. cit. Vid. etiam Würdtvvein ſubſid. Dipl. variis in locis. Quantum ad eccleſiam *Herbipol.* in *Haugis* adeas velim *Benedictum* XIV. de Synod. Dioeces. lib. 11. c. 3. a num. 4. ſeq. Illa menſium Epiſcopum inter et Capitulum partitio in eccleſia Imp. Cathedrali Bamberg. nihil vſus obtinuit: Quamuis ea ſex menſium, alibi *Papalium*, jura Celſiſſimo Epiſcopo in eccleſiis ibidem collegiatis reſeruata dignoſcantur.

Digitized by Google

nobis manifeſtant. Exempla ſint. *a*) „ *De eo, quod in congregatione Canonica aequaliter cibus et potus accipiatur.* . . . Eſt rationabile, justumque coram Deo, et hominibus, vt in vnaquaque Canonica congregatione a minimo vsque ad maximum cibum et potum aequaliter accipiant, hi videlicet. . . . Quanquam enim plerique ſubditorum a Praelatis, rebus quibuslibet aliis plus ceteris merito ſolent honorari, in *HAC* tamen *SOCIETATE*, ſecluſa perſonarum acceptione vna debet cibi, et potus aequalitas eſſe . . . Item *b*) „ *De menſura cibi et potus.* Nempe ordinatur ibi, quantam quisque ſibi partem accipiat. Item *c*) *De veſtimentis et calceamentis Clericorum.* Illa dimidia pars Cleri, qui Seniores fuerint, annis ſingulis accipient Cappas nouas, et veſtes laneas nouas et veteres, quas praeterito acceperunt, ſemper reddant, dum accipiunt nouas. Et alia pars dimidia Cleri illas Cappas, et veſtes, quas illis ſeniores ſui ſingulis annis reddunt, accipiant. Et illi Seniores illas Cappas et veſtes, quas reddere debent, non commutent. Et vnus quiſque Cleri Senioris annis ſingulis tres campſiles accipiunt; et vnusquiſque Cleri junioris annis ſingulis duas campſiles accipiunt.

a) Regula *Crodegangi* cap. 7.

b) Ibid. cap. 8.

c) Ibid. cap. 41. V. Tom. 1. CC. G. pag. 99. et 109.

piunt. Calceamenta vero omnis Clerus annis ſingulas, pelles buccinas, et ſolas pariter quatuor accipiuunt. Et veſtimenta in tranſitu ſancti *Martini*, et Camſiles in *Paſcha*, et calceamenta in *Kalendis Septembribus* habeant. „

Portiones illae, quae diſtribui antiquitus juſſae fuerant pauperibus, peregrinis Cet. aut quae Eccleſiarum fabricae deputatae erant, eaedem in maſſa hoc pacto relinguebantur, vt inde illis, qui cum anguſtiis, opum denudatione, ac paupertate conluctabantur, ſubleuamen oportuerit praeſtari juxta ejusdem regulae conſtitutum. Ibi. *a*) „ *Cui conmiti debeant ſtipendia pauperum.* Euangelicis, atque Apoſtolicis inſtruimur documentis in colligendis hoſpitibus: et ideo ante omnia operam dare debere, vt merito de nobis a Domino dicatur. *Hoſpes fui, et collegiſtis me.* Proinde oportet, vt Praelati eccleſiae, praecedentium Patrum exempla ſectantes, aliquod praeparent receptaculum, vbi pauperes colligantur, et de rebus eccleſiae tantum ibidem deputent, vnde ſumtus neceſſarios juxta poſſibilitatem rerum habere valeant. . . . Sed et Canonici tam de frugibus, quam etiam de omnibus eleemoſynarum oblationibus in vſus pauperum decimas libentiſſime ad ipſum conferant hoſpitale. Et boni teſtimonii frater conſtituatur, qui hoſpi-

a) Regula cap. 45. Tom. cit. p. 110.

Digitized by Google

hoſpites, et peregrinos mendicantes, vtpote Chriſtum in illis ſuſcipiat, eisque neceſſaria libenter pro viribus adminiſtret, qui etiam ea, quae in vſus pauperum cedere debent, nequaqum in ſuos vſus reflectat; ne cum *Juda* loculos Domini furante ſententiam damnationis excipiat. Et Praelati cauere debent, ne curam pauperum pauci pendant. „ etc.

Praeterea fabricae ſartis tectis, ſimilibusque eccleſiae neceſſitatibus prouidebatur. *a*) „ Res eccleſiae vota ſunt fidelium. . . . vnde totis niſibus Praelatis ſatagendum eſt, vt ſanctorum Patrum dictis, et exemplis obſequentes, de rebus ſibi commiſſis, vt praemiſſum eſt, et ſubditos gubernent, et pauperes foueant, cunctiſque vtilitatibus, ac neceſſitatibus eccleſiae fideliter adminiſtrando, conſulant. Easdem in expenſas omnium, quae obueniebant, decimarum pars promta manu exſoluebatur. *b*) „ De *Decimis diuidendis*. Sacerdotes populi ſuſcipient decimas, et nomina eorum, quicunque dederint, ſcripta habeant ſuper altare, et ipſas decimas ſecundum authoritatem Canonicam coram teſtibus diuident, et ad ornamentum eccleſiae primam eligent partem: ſecundam autem per manus fidelium ad vſum pauperum et peregrinorum, miſericorditer cum omni

a) *Concil- Aquisg.* can. 116. Tom. 1. cit. p 501.
b) Regula *Crodegangi* cap. 75. Tom- cit. p. 118.

omni humilitate diſpenſent: tertiam vero partem ſibimetipſis ſoli ſacerdotes reſeruent. „ Alii hoc extra inſtitutum Clerici ac beneficiarii, qui ſolitarii ſubin in vicis morabantur, velut Parochi viculorum, aut Capellani certae Capellae ſeruitio adſtricti, quam rem ſupra jam attigimus, (§ §. 28. 29.) propriis ſuſtentabantur redditibus: cujuſcemodi tamen argumentum fini noſtro non admodum deſeruiens, omittimus.

Magis oportuna ſunt, quae adfert *Eſpenius. a)* „ Labentibus ſaeculis, diſciplina eccleſiae labeſcente, nec non Epiſcoporum, oeconomorum, vel Archidiaconorum in rebus eccleſiae diſpenſandis fidelitate, et integritate a priſtino ſuo gradu declinante, frequentiſſimae fuere diſſenſiones, et quaerelae inter Clericos, quibus prouentus eccleſiae diſtribui debebant, et eos, quibus diſpenſationis cura incumbebat. Hinc Clerici, vt ſe a praetenſis vexationibus, et injuſta diſpenſatione eximerent, primo coeperunt ſinguli Presbyteri ſibi arrogare oblationes in eccleſia propria factas; quae antea ad Epiſcopum diuidendae ferri conſueuerant. Cum jam jus recipiendi oblationes, easque ſuis vſibus applicandi ad ſingulos Presbyteros eſſet deuolutum, tandem etiam coeperunt res eccleſiaſticae paſſim diuidi, atque ſingulis ſua portio fundorum vnde prouentus

a) *Eſpenius* I. E. V. part. 2. Tit. 18. cap. 1.

Digitized by Google

tus ipſimet reciperent, aſſignari; quod quidem non eodem tempore, nec vbique, aut aliquo Decreto conciliari introductum, ſed paulatim de vna eccleſia ad aliam tranſiit. At illud notandum, quod ſicuti praedia, quae *beneficiario jure* a Principe data poſſidebanrur, mortua perſona extinguebantur, et ad Principem reuertebantur; ita quoque primitus comparatum fuiſſe videtur, vt res eccleſiae *beneficiario* jure Clericis conceſſae, tantum ad eorum vitam cenſerentur datae, ipſasque poſſiderent non jure *tituli*, ſed tantum jure *perſonali*; vt ita poſt mortem totaliter ad Epiſcopi diſpoſitionem reuerterentur. Vlterius quemadmodum principes ſua bona *jure beneficiario* dabant iis, qui ſeruitium militare, aliaue obſequia praeſtarent, ſimiliter Epiſcopi bona eccleſiae poſſidenda, vel vtenda, ſeu potius jus percipiendi eorum fructus dabant Clericis, vt eccleſiae militarent, quisque juxta vocationem ſuam. Hinc illud: *Beneficium datur propter officium*, *a*) Quum vero incommodum videretur, quod moriente Presbytero ſucceſſor ejus jus, percipiendi prouentus, ab Epiſcopo, ejusque quaſi liberalitate recipere denuo deberet, coeperunt ſingulae eccleſiae jus, percipiendi prouentus, intra limites ſuarum eccleſiarum ſuis Presbyteris, independenter ab Epiſcopis, vindicare; inualuitque tandem juris axio-

a) Cap. finali de *Reſcriptis* in 6.

axioma, quod Parochi habeant fundatam intentionem ad percipiendas decimas, oblationes, cetera, intra fines ſuarum Parochiarum. Ius itaque fructus percipiendi jam non perſonis, ſed eccleſiis, ſeu *titulis* adnecti coepit, ita, vt qui titulum haberet, jus quoque fructus percipiendi ex bonis *titulo* adnexis conſequeretur: quae diſciplina tandem vniuerſaliter obtinuit. „ Ita *Eſpenius*. Quae omnia demum per *Decretales Alexandri* III. et *Innocentii* III. ſuam firmitatem hucusque ad noſtra exporrectam tempora receperunt.

Quod autem in vetuſta retro aetate bona eccleſiaſtica in *Germania*, et *Bojoaria* necdum in *beneficia* ſingulis Clericis propria abierint diſpertita, quin potius decimalium bonorum diſtributio ad normam *Decretorum Simplicii*, (§. 35.) et *Gelaſii* (§. 36.) Pontificum penes poteſtatem ſteterit Epiſcoporum, ab concilio *Salisburgenſi* inſtruimur: *a*) quod hunc in modum decernit. „ Cum ſe congregaſſet ſynodus Epiſcoporum, Abbatum coeterorumque Clericorum *Bojoariae* prouinciae ad Metropolim *Salisburgenſem*, et ibidem non pauca vtilitatis ſuae pertractaſſent, mouerunt iidem Epiſcopi, *Arno* Archiepiſcopus, *Atto*

a) Concilium *Saliburgenſe* de anno 807. Anno ſeptimo, imperante *Carolo* glorioſo Auguſto poſt conſulatum ejus, XVII. Kalend. Febr. Vide Tom. 1. CC. G. p. 389.

Atto (*Friſingenſis*) (*Adaluinus*) (*Ratisbonenſis*) (*Emricus*) *Sabionenſis Hatto Paſſauienſis* quaeſtiones de *Decima* fidelium populorum, quae affertur ad eccleſias. Lectis inde capitulis ex Canonum auctoritate, quid inde agi debuiſſet; inuenerunt, quatuor portiones fieri, vnam Epiſcopo, alteram Clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricis eccleſiae. Tum conſenſerunt ibi cuncti Abbates, qui praeſentes aderant huic decreto, ſecundum Canones, et reddiderunt portiones Epiſcoporum Epiſcopis, quae illos contigiſſet, id eſt, *Megingart*, *Vrolf*, *Iohannes*, *Wolfdrege*, *Wolfkanbrat*, *Kerrich*, *Hepſilo*, et cęteri: vnusquisque ſuo Epiſcopo ea ratione, vt vlterius exinde nulla inter illos diſcordia deinceps manéret. ,, etc.

§. LXXIII.

QVALITER PRIMA FACTA SIT MENSAE EPISCOPALIS A MENSA CANONICORVM SEPARATIO?

Hac inſtituti *Crodegangici* aetate plurimi ab initio Epiſcopi communi alebantur cum ſuis Canonicis menſa; atque hac ratione communia habebant cum ſuo Clero bona. Attamen diu non perſtitit haec communio. Cauſſae ſubintrarunt praegnantiſſimae invehendae mutationis. Diffluebant bona in partes. Prima vero partitio obtigit inter Canonicos et Epiſcopos, ſola charitate

Duce, et auſpice. Etenim, cur ſe Epiſcopi non in has cum ſuo Clero ſanctiſſimas ſocietates incluſerint, communem cum ipſis vitam traducturi, aut ab eisdem ſeſe ſubduxerint, grauiſſima fuere momenta. Illa ſiquidem aetate, atque dilabentibus poſtea ſaeculis X. XI. XII. XIII. Epiſcopi profectionibus in Aulam Regiam erant obnoxii, non ciuilibus modo, ſed et militaribus, quum ad Regis caſtra petenda aut cogebantur, aut ipſe transmigrabant. Ciuilia autem negotia curare, oportuiſſe ſacros Praeſules, innuit Synodus apud *Aquis Palatium*, addita ſimul cauſſa. *a*) „ Recordatus piiſſimus Imperator Carolus noluit de infra Palatio pauperibus *Vaſſos* transmittere, . . . ad Juſtitias faciendum propter munera; ſed elegit in regno ſuo Archiepiſcopos, et Abbates cum Ducibus et Comitibus, qui opus non habebant, ſuper innocentes munera accipere: et ipſos miſit per uniuerſum regnum, vt eccleſiis, viduis, orphanis, et pauperibus, et cuncto populo juſtitiam facerent. „ Per viros imperii ſui Principes, corruptioni haut obnoxios ſubditorum cauſſas agi, perficique voluit *Carolus*, non per *Vaſſos*. Per *Vaſſos* inferioris heic conditionis, quam erant *Comites*, ſeu judices, denotari homines, in aprico eſt, vt ex Capitularium eluceſcit libris. *b*) „ *Epiſcopis*

a) Synodus apud *Aquis Palatium*, Aachen, anno 802. Vid. Tom. 1. CC. p. 363.

b) Lib. 2. *Capitularium* cap. 9.

pis iterum, Abbatibus, et Vaſſis noſtris, et omnibus laicis dicimus; vt Comitibus ad juſtitias faciendas adjutores ſitis. Item. a) *Vaſſi quoque, et Vaſalli noſtri nobis famulantes.* etc. Vocantur praeterea *fideles ſerui*, qui obſequium Regi, vel ſacris Praeſulibus, vel Duci, vel Comiti exhibebant. *b*)

Nec minora inferebat impedimenta ſacris Praeſulibus res militaris, vtputa qui cum militum ſuorum manipulis Martem ſequuti, moleſtiſſimis, et tumultuoſis aliis occupationibus diſtendebantur, vt vix ſe poſſent in hos piiſſimos receſſus inſerere, quin eorum ſilentio, otioque ſacro vehementer obſtreperent. Perſtitere nihilominus Clericis ſuis obſtrictiſſimi, neque minus dilatandae eorum vtilitati erant propitii, neque pro ampliande totius Cleri bono remiſſi.

 Abba-

a) Loc. cit. cap. 24.

b) *Vaſſi Dominici: Vaſalli regii. Droudi* a voce *Germanica* Treue: inde etiam *Druthe*, virgo deſponſa, ex condicta in ſponſum fide. V. *Eckardt* de leg. Salic. p. 35. et pag. 127. ſcribit. „ *Vaſus*, vel *Vaſſus* denotat famulum, ſeruum. Diminutum inde eſt *Vaſallus. Lindebrogius, Spelmannus, Voſſius, Cangius, Menagius*, et alii multa de vtraque voce congeſſerunt. Nos monemus, ſaltem originem earum in veteri lingua *Gallica* quaeri debere in qua *Gvas*, ſeruum, vel miniſtrum ſignificat. „ Conferri poteſt author der Geſchichte der alten Staats Verfaſſung etc. pag. 71. paulo tamen aliter eloquutus.

Abbates equidem, quin vita communi cum reliqua Monachorum turma ſoluti fuerint, *Miſſatico a)* potiebantur: aſt diuerſa ab Epiſcoporum ſorte ſeſe ingerit ratio: Nunquam enim hi, ſicut illi, paupertatis votum nuncupauerant. Præterea in antiquitatum monumentis abunde indicatur, antea Epiſcopos in ipſam pugnantium aciem ſe intromiſiſſe: *Germanorum* etenim populis, praecipue *Francis*, bello adſuetiſſimis, Chriſtum jamjam indutis, atque etiam ſacerdotio initiatis nonnihil de bellandi ardore remanſit: ſiquidem iidem ipſi populi, dum adhuc *Paganiſmo* ſordeſcebant, ſacerdotes ſuos, *Druydes*, lubenti animo inter arma conſpiciebant: hi vero quum Chriſti jugo ſuauiſſimo colla ſubdebant, plerumque ad ſupremos eccleſiaſticos honores Viros nobiliſſimos prouehebant, quorum genium, tractandis armis adſuetum, non adeo vſque emolliebatur, vt, Chriſto induto, ſimul ea, qua oportuiſſet, facilitate Chriſti induerent manſuetudinem: atque non absque ratione, quum tum *Merouaeorum*, tum *Carolingorum* aeuo terris, Vaſſis, hominibusque potiti fuerant, cum iisdem Reges comitati, et illis a ſubſidio in ſuarum turmarum acie conlocati inerant conflictibus, partim

(a Prouincia, vel Regio, quae Miſſis Dominicis adſignabatur, *Miſſaticus*, vel *Miſſaticum* compellabatur. Inde *Miſſi Dominici.* Conſtituebantur *Caroli* M. praecipue aetate ex Clericis Archi- et Epiſcopis, Abbatibus: Laicis Comibus, Ducibus, aliisque nobiliſſimis Viris.

partim quod Reges ipſi vrgerent, partim quod ſuos aliis homines non concrederent, ipſimet, quoniam ſanguinis ſui nobilitate animabantur, bellicis artibus, functionibusque delectati.

Huic belligerandi ardori, atque exemplo Chriſti, ſacerdotis ſummi, minus conuenienti vt poneretur modus, jam ſaeculo ſeptimo *probibitum Epiſcopus tunc erat, ſcuto vti, et in bellum ire. Quodſi quis aliter ageret, Canones, et ſtatuta a Conciliis non obſeruabat. a)* Eum in finem *Capitulare Carolomanni* emanatum eſt; *b)* „ *Seruus Dei per omnia armaturam portare, aut in exercitum, et in hoſtem pergere, omnino probibuimus: niſi illis tantum, qui propter diuinum Myſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adımplenda, et ſanctorum patrocinia portanda ad hoc electi* ſunt, id eſt, vnum, vel duos *Epiſcopos cum Capellanis.* „ Huic aliud ſtatim poſtea acceſſit. *c)* „ *Vt ſacerdotes neque Chriſtianorum neque Paganorum fundant ſanguinem.* „

I 3 Eodem

a) Eckardus Rer. Francic. Lib. 13. num. 16. ad annum. 615 Moderabatur tunc *Auſtraſiam,* ſeu *Franciam Orientalem* Sigebetus III. ex *Merouneorum* proſapia. Ex his comprobatur, quantum inualuerit mos apud SS. Praeſules, thorace militari ſeſe induendi.

b) In concilio *Germanico* authoritate S. *Bonifacii* vndec. *Kalend.* Maii an. 742. ſub *Carolomanno,* Majore domus regiae. Tom. 1. CG. G. p. 49.

c) Capitulare Caroli M. de an. 769. Tom. cit. pag. 126.

Eodem adhuc ſaeculo a *Caroli*, ejusque Anteceſſorum laudabiliſſimis ſtatutis receſſum eſt, atque rurſum Epiſcopi copias ipſi ſuas ad regia Caſtra deducere coeperunt. Mori illi ſtatum eccleſiaſticum non admodum condecenti ſeſe obpoſuit Concilium *Vormatienſe. a)* „ Flexis genibus omnes precamur Majeſtatem veſtram, vt Epiſcopi deinceps, SICVT HACTENVS, non vexentur hoſtibus, ſed quando Nos, Vosque in hoſtem pergimus, ipſi propriis reſideant in Parochiis, Deoque fideliter famulari ſtudeant, et eorum ſacroſancta Myſteria Canonice, et Deo placite peragere ſatagant, atque pro Vobis, et cuncto exercitu veſtro vna cum omnibus ſibi commiſſis orare viriliter, Miſſasque decantare, et Lytanias, atque eleemoſynas facere, decertent. Quosdam enim ex eis in hoſtibus, et praeliis vulneratos vidimus, et quosdam periiſſe cognouimus „ etc. Item *b)* „ *Conceſſio Domni Caroli Regis Francorum, vt Serui Dei neque in hoſtem pergant, neque armaturam bajulent.* „ Conſimile eſt aliud. *c)* „ *De his, qui putauerunt, id circo praeceptum fuiſſe, non ire ad pugnam Sacerdotes, vt honor eis minueretur* „ Vsque adeo nempe bellandi ardor, honorque animos inuaſerat. Quid ergo his cum vita ſuorum Canonicorum communi poterat eſſe commune? Idem

a) Concilium *Vormat.* de an. 803. ſub *Carolo* M. cap. 1.
b) Loc. cit. cap. 2. et 3.
c) Ibid. cap. 4. Tom. 1. cit. p. 374. ſeq.

Idem voluit Concilium *Vernenſe. a*) Ibi. ,, *Quoniam quosdam Epiſcoporum ab expeditionis militaris labore valetudo eximit, aliis autem veſtra indulgentia quietem largitur* (Heic ſermo dirigitur ad Reges) *praecauendum eſt, ne per eorum abſentiam res militaris diſpendium patiatur. Itaque ſi veſtra conſentit ſublimitas, milites ſuos alicui ex Ducibus veſtris committant, cujus auctoritate in officio contineantur.* Ab eodem haut abludit *Meldenſe* : *b*) quod cauet: ,, *Vt Epiſcopi, qui huic minus officio poſſent in Republica praeeſſe, ex Vaſallis ſuis aliquem ſibi ſubrogarent de conſilio Archiepiſcopi ſui.* ,, Ea Tempeſtate *Hincmarus Remenſis* querelas depoſuit variis in epiſtolis, quod Epiſcopi ſecundum Regionum ſuarum GRAVEM CONSVETVDINEM cum ſuis ad bellum properare, compellerentur. Huc plurimum addit lucis *Libellus proclamationis Domini Caroli Calui* Regis in Concilio *Tullenſi* aduerſus *Wenilonem* (*Quenilonem*) *Senonenſium* Archiepiſcopum contra Paganos cum *Carolo* R. pergere diſſimulantem. *c*) ,, *Cum contra Paganos ad Inſulam loci, qui Oſcellus dicitur, cum fidelibus noſtris, in terreno et nauigio, ſicut ſcitis, perrexi, quidam a Nobis deficientes fuga lapſi ſunt. Wenilo autem ſe pro infirmitate ſua illuc ire non poſſe dicens, ad ſedem ſuam reuer-*

P 4 *ſus.*

a) Concilium *Vernenſe* de anno 844. ap. *Fleurium* lib. 48. H. E. S. 20.

b) *Meldenſe, Meaux* de an. 845. can. 47. ap eund. cit. §. 30.

c) Cap. 5. Tom. 2 CC. G. p. 177.

ſus eſt. „ etc. Sed nec praetermittere eo loci fas eſto, quod reſcribit Nicolaus I. PP. *Ludouico*, qui in *Germania*, et *Carolo*, qui in *Gallia* jus dicebat, Regibus, quo iidem et *Germanis*, et *Gallis* mores fuiſſe cognoſcuntur. *a*) „ *Reprebenſibile valde conſtat eſſe, quod ſubintuliſti dicendo, majorem partem omnium Epiſcoporum diu, noctuque cum aliis fidelibus tuis contra Piratas maritimos inuigilare, ob idque Epiſcopi impediantur venire, cum militum Chriſti ſit, Chriſto ſeruire: militum vero ſaeculi ſaeculo, ſecundum quod ſcriptum eſt: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſaecularibus. Quodſi ſaeculi milites ſaeculari militiae ſtudent; quid ad Epiſcopos et milites Chriſti, niſi vt vacent orationibus?* „ Quae omnia luculentiſſimo ſunt argumento, qualia Epiſcopis fuerint obſtacula, quo minus communi Canonicorum ſocietati ſeſe conjungerent, eademque cum illis menſa, communibusque frui redditibus permitterentur.

CAPVT. X.

Qualiter celebratiſſimum *Crodegangi*. Inſtitutum ceſſauerit?

AR-

a) Ref. Can. *Reprebenſibile.* 19. C. XXIII. q. 8. Conf. *Deſing.* Tom. 1. Reichs-Hiſtorie. p. 391. Thomaſſ. ſupra cit. cap. 40. 45. 46.

ARGVMENTVM.

Paragraphus 74. *Initium remiſſionis Inſtituti Crodegangici, cui Pontifices ſtudent obcurrere.*

75. *Quid ea tempeſtate in Gallia?*

76. *Quid in Germaniae eccleſiis?*

77. *Quid in prouincia Moguntina, Colonienſi, aliis?*

78. *Expoſitio vocum peregrinarum paragropho antecedente adductarum.*

79. *Vita communis a Capitularibus derelicta manſit apud domicellares.*

80. *Atque tunc Eccleſiae non amplius Monaſteria ſunt adpellata.*

§. LXXIV

INITIVM REMISSIONIS INSTITVTI CRODEGANGICI, CVI PONTIFICES STVDENT OBCVRRERE.

Non admodum annoſam tulit aetatem laudatiſſimum iſthoc communis vitae Inſtitutum. Refriguit breui ille pietatis ardor, non equidem ſimul et ſemel; ſed modo heic, modo alibi, interpolato temporis nonnullo interuallo: atque ea ſpiritus remiſſio ad exitum decimi, vel principium vndecimi ſaeculi auſpiciis minus laudabilibus ſeſe inſinuauit. (§. 75.) Obpoſuerat equidem exundanti huic temporis torrenti aggerem Nicolaus II. PP. in concilio *Romano a*). Ibi „*Et praecipientes ſtatuimus, vt ii praedictorum ordinum*

a) De anno 1059. can. 4. *Cabaſſ.* Notit. Eccles. pag. 450. Conf. Fleur. H. E. L. 60. §. 31.

num, qui eidem Praedeceſſori noſtro obedientes caſtitatem ſeruauerunt, juxta eccleſias, quibus ordinati ſunt (ſicut decet religioſos Clericos) ſimul manducent, et dormiant, et quidquid eis ab eccleſiis venit, communiter habeant. Et rogantes monemus, vt ad apoſtolicam communem vitam peruenire ſummopere ſtudeant. „

Nicolai veſtigiis inhaeſit *Alexander* II; poſt quos alii inſignes viri ſuas conjunxere manus, vt rigor reuiuiſceret antiquus, quos ſimiliter ſuo ſubfulciebat patrocinio *Vrbanus* II. PP. Aſt congregationes iſtiuſmodi, ad quas bonis auibus ingredi ſinebatur reformatio, aliam induerunt naturam, factaeque ſunt penitus regulares, quum poſt annum Chriſti milleſimum coeperint Canonici regulares veſtiri nomine et gloria *Auguſtini*; quod ſaeculo nono nondum obtigerat. Plana et expedita ratio eſt, inquit *Thomaſſinus*, *a*) conſultoque factum id videri poteſt, vt duodecimi ſaeculi regulares Canonici ſejungerentur ab iis, quibus ſub *Ludouico Pio* ſaeculo nono concilium *Aquiſgranenſe* regulam temperauerat. Hic quippe, qui undecimum inluſtrauerunt ſaeculum Canonici regulares, Clerum *Auguſtini* omnino aemulabantur, pari terrenorum omnium abdicatione, quum patrimonio non renuntiarent, qui ſub *Ludouico Pio* floruerant.

§. LXXV.

a) Part. 1. l. 3. c. 11. D. E. Quam in rem latius ſe ibidem diffundit.

Digitized by Google

§. LXXV.

QVID EA TEMPESTATE IN GALLIA?

Initium ducamus a *Gallia*; eoquod primitus ibidem hactenus adſuetus in eo viuendi genere feruor intepuerit. *Galli*, vero facem praeferebant *Treuirenſibus*: quam illi ceteris deportabant *Germanis*. Praeſtitit id facilius diſciplinae eccleſiaſticae vtramque inter eccleſiam adfinitas, et connexio ab anterioribus retro ſaeculis conſtabilita. *Eſpenius a)* de *Galliarum* eccleſiis ſequentia ad rem noſtram producit. „In omnibus pene Galliae Eccleſiis vitam communem ſaeculo vndecimo deſiiſſe deplorat S. *Juo Carnotenſis*: et ſaeculo eodem *Stephanus Tornacenſis* ſcribit ad Decanum *Rhemenſem*, eundem exhortans, vt illud, quod eo tempore in Eccleſia *Rhemenſi* de laudabili illa viuendi diſciplina ſupererat, fulcire, et ſuſtinere ſtuderet, ad exemplum multarum eccleſiarum *Germaniae*, in quibus eo tempore vitam communem ſuperfuiſſe, teſtatur. In eccleſia *Leodienſi* ſaeculo duodecimo vitam communem fuiſſe ſuperſtitem, patet ex iis, quae refert *Fiſen* in *Alberone*. *b)* Non tamen omnes

a) *De Inſtit.* et *offic. Canonicor.* part. 3. cap. 6. §. 3.

b) Lib. 10. cap. 10. Hiſt. *Leod.* apud Eſpen I. E. U. Par. 1. Tit. 7. cap. 2. n. 2. ad annum 1143. „Ipſo Principe Canonicorum omnis diſciplina corruit, quam neque Praeſides

nes Canonicorum eccleſias *Leodienſes* eo tempore ad ſingularitatem tranſiiſſe, patet ex donatione *Godefridi* III. de anno 1189. Ducis *Brabantiae* facta Collegio Canonicorum S. *Ioannis Leodii*; in hujus enim donationis Diplomate ſcribitur: *Reſiduum fructuum in vſum fratrum in eccleſia veſtra reſidentium juxta portionem, quae vnumquemque fratrum in refectorio contingere debet, diſpenſetur.* a) Anno quinquageſimo ſupra milleſimum in plerisque *Belgii* Canonicorum collegiis ſuperſtitem fuiſſe vitam communem, et inducta fuiſſe Monaſteria, ex *Chronico Cameracenſi* per *Baldericum* concinnato conſtat: et quidem de Collegio Canonicorum S. *Gangerici* in ciuitate *Cameracenſi* ita loquitur: *olim frequentior numerus fratrum, nunc ad quinquagenos prae inopia deriuatur, qui D Gerardo ſatagente quotidianum victum in Refectorio communiter ſumunt.* b) Canonicos igitur non eodem tempore ad ſingularitatem transiiſſe conſtat. Cauſſam vero illius mutationis graphicam expreſſit S. *Iuo* c) „ *Quod communis*

curarent, nec Epiſcopus ipſe, vt qui negligere coepit ſolennes deceſſoribus ſuis Collegiorum inſpectiones. Clauſtri vero ratione ſublata Collegia patuere, etiam Equitibus, curribusque, cum ad eam aetatem Clauſtra perſeueraſſent, quo ritu hodie Monaſteria. „

a) *Espen* loc. cit.

b) Idem de *Inſtit.* et *offic.* Canonic. loc. ſupra. cit.

c) *Iuo* ep. 60. ap. *Eſpen* I. E. V. cit. n. 4.

Digitized by Google

munis vita inquit in omnibus eccleſiis pene defecit, tam ciuilibus, quam Dioeceſanis, non autboritati, ſed deſuetudini, et defectui adſcribendum eſt; refrigeſcente charitate, quae omnia vult habere communia, et regnante cupiditate, quae non quaerit, quae Dei ſunt, et proximi, ſed tantum, quae ſunt propria. Similiter *Stephanus Tornacenſis* a) de tranſitu ad ſingularitatem Eccleſiarum *Galliae* agens, eas tranſitum illum feciſſe dicit, quia *diſpenſationis leuamen libentius admittebant, quam auctoritatis vigorem.* Vnde inſinuat Decano *Rhemenſi*; quodſi *Rhemenſis* eccleſia, quae ſingulari quodam priuilegio inter Gallicanas eccleſias in communione ſociali perſeuerabat, ad ſingularitatem tranſiret, reliquae eccleſiae *Gallicanae* clamarent: *Ecce Rhemenſis eccleſia facta eſt quaſi vna ex nobis, conſortio ſuo verecundiam noſtram operiens, auctoritate ſua negligentiam noſtrat defendens.* „ Vsque huc *Eſpenius* laudatus. Non diffiteor equidem, ſermonem de eccleſiis ſolum *Gallicanis* hoc loco fuiſſe inſtituendum, ac nihil de *Belgicis*, quae *Germaniam* potius reſpiciunt, adducendum. Aſt quum *Eſpenius* eodem filo earum faciat mentionem, illaeque *Galliis* ſint viciniſſimae, neque eas, quum adeo oportuna ſe heic obtulerit occaſio, praeterire volebam, de reliqua *Germania* mox verba facturus.

§. LXXVI.

a) Apud eund. loc. cit.

§. LXXVI.
QVID IN GERMANIAE ECCLESIIS?

Ex Gallia in *Germaniam* tranſitum faciamus. *Trithemius* redacti in nihilum *Crodegangici* Inſtituti primordia in *Germaniarum* Eccleſiis *Theodorico*, Archiepiſcopo *Treuirenſi* adtritribuit ad ſaeculi decimi exitum. *a*) Anno iſto moritur *Theodoricus*, Archiepiſcopus *Treuirenſis*, ſub quo Canonici majoris eccleſiae ibidem, abjecta regulari vita, quam hucusque in eadem eccleſia majores eorum continuauerant, deſierunt eſſe regulares, et facti ſunt nomine, et conuerſatione ſaeculares, quorum exemplo malo Canonici quoque S. *Paulini Treuirenſes*, et S. *Caſtoris* in *Confluentia*, *Moguntinenſes*, et *Vormatienſes*, et complurium aliarum eccleſiarum diuerſis... temporibus.... regularem vitam *abjecerunt.* „ Aſt ea ingreſſa ad *Treuirenſes* remiſſio non omnem vsquequaque *Germaniae* prouinciam populata eſt; quin potius eccleſiae plurimae in excolenda priſtina diſciplina intrepido feruore excubarent; imo etiam celebratiſſimum hocce *Inſtitutum* nouas in vrbe *Babebergenſi* colonias reciperet. Illud etenim vna cum eccleſiae *Babebergenſis* cunabulis *Bambergae* domicilium accepit, ita, vt nunquam ea Eccleſia Imperialis Cathedralis Monachali quodam inſtituto, ſtricte tali, velut tamen de aliis plurimis *Germaniae*

a) *Trithemius* ad annum 997.

maniae eccleſiis hiſtoriae adfirmant, obligaretur. Inde autem non absque ſimilitudine veri ſtatui poſſe exiſtimem, eundem communis vitae rigorem illo plurimum tempore abiiſſe in deſuetudinem, quo antiquata in per Pactum *Calixtinum a*) *Inueſtitura* in *annulo* et *baculo*, et Imperatorum *Romanorum*, vt puta *Germaniae* Regum ad Epiſcopatus nominatione in irritum adducta, electionum jura ad eccleſiarum Cathedralium Canonicos transmigrarunt. *b*) Ab hac celeberrima in *Germaniarum* eccleſiis Epocha eorundem Canonicorum jura ac praerogatiuae ampliari coeperunt, quaeque Epocha ſua *Capitulationibus* Epiſcopum inter et Capitulum initia, quae diuerſis tamen in eccleſiis aut citius, aut ſerius oboriebantur, dediſſe merito credenda eſt. *c*) Inluſtriſſima ejuscemodi jura, accedentibus ſimul aliis momentis, latam profecto aperiebant portam, qua Canonici

a) Erat illud pactum tranſactio inter *Calixtum* II. PP. et *Henricum* V. Imp. in Comitiis *Vormatienſibus* inita. „ *Ego Henricus. . . . dimitto omnem inueſtituram per annulum, et baculum, et concedo in omnibus eccleſiis, quae in regno, vel imperio meo ſunt, fieri electionem, et liberam conſecrationem.* etc. Vide de *Riegger* Corp. I. P. pag. 4.

b) Confer *de Marca* de conc. S. et I. lib. 6. c. 2. n. 9. *Barthel* diſſ. praelim. de concord. germ. ſect. 7. Tom. 2. opusc. 2.

c) Confer. *Gallade* diſſ. de capitulat. cap. 1. per tot. et alibi.

nonici clauſtralis vitae repagula egreſſi, tum bona, tum redditus, tum jura inter ſe partirentur, ac ſociali vitae, ſuis regulis firmatae, nuntium mitterent. Veſtigia Canonicorum Cathedralium aliarum eccleſiarum non Cathedralium Clerici inſequuti ſunt. Communitates iſtae, ſi *Eſpenio* eſt fides, *a*) antea *Monaſteria*, aut *Coenobia* dictae, quum earum immutationum viciſſitudinibus inuoluerentur, *CAPITVLA* deinceps, aut *COLLEGIA* adpellabantur, intumulato penitus cum vita clauſtrali, ſiue *COENOBII*, ſiue *MONASTERII* nomine.

Superſtite inter mortales ſancto *OTTONE* Epiſcopo, in Eccleſia Cathedrali *Bambergenſi* clauſtri repagula ſtetiſſe infracta, ejusdem vitae hiſtoria poſteritati teſtatum facit. *b*) Ibi. „ In diebus ipſius ſemper honorandae memoriae *Ottonis* Cathedralis eccleſiae *MONASTERIVM*, quod ſub anteceſſore ſuo, Deo permittente, vsque ad ſolos muros ſuperſtites conflagratum erat incendio .... ab eo ad priſtini decoris nobilitatem reparatum eſt... Et ne vltra ſimiles formidare debeat euentus, totum *MONASTERIVM*, et turres cupreis tabulis contexit ... omnia denique aedificia *CLAVSTRI* .... in meliorem ſtatum per officinas ſingulas promouere curauit. Quantum vero

a) *Eſpen* l. E. V. Part. 1. Tit. 7. Cap. 5.

b) *Gretſerus* in vita S. *Ottonis* lib. 1. cap. 26.

vero .... ſua benignitate ipſe addiderit, lautior et latior multo, quam fuit, teſtis eſt *MENSA CANONICORVM*. „ Item *a*)„ Per chariſſimum fratrem noſtrum *Eberhardum*, adhuc in *ORDINE CANONICORVM* Chriſto militantem Xenia ſua *Hieroſolymam* transmiſit. etc. „ Atque ſi, quum clariora mihi non ſuppetant documenta, de eadem eccleſia conjecturam meam (ſaluis de reliquo ceteris omnibus, atque interpoſita proteſtatione, me nihil vnquam in cujuſcunque odium, aut praejudicium ſtatuere velle, lubentiſſimo potius animo edoceri, cupidum) adferre liceat: Communis vitae diſciplina poſt S. *Ottonis* obitum, apud Capitulares ſaltim, non diu ſubſtitit: ab illis ſiquidem diebus nulla amplius mihi obcurrit*COENOBII*, aut *MONASTERII* mentio; ſed major Vrbis noſtrae *CLERVS COLLEIVM* S. *Georgii*, aut *CATHEDRALE CAPITVLVM* audit. Ex *Hoffmanno* ſiquidem ſequentia comperimus. *b*) „ *Othone* Epiſcopo ex rebus humanis erepto ingens *Babebergenſes* moeſtitia, et triſtis omnino luctus inceſſit. Neque enim facile tanto munere dignum, neque parem virtute et ſapientia ſe reperturos eſſe credebant. Cum itaque ex conceſſione *Henrici*

a) Idem lib. 4. cap. 3. circa finem.

b) *Hoffmannus* lib. 3. *Annalium* pag. 119. in *Egilberto* S. *Ottonis* ſucceſſore apud de Ludvvig n. LIX.

Digitized by Google

rici V. Imperatoris, omnis inueſtitura et jus conſtituendorum Epiſcoporum per annulum et baculum ab Imperatore, vt in *Othone* diximus, ad Clerum et populum delatum eſſet: indicto inde de Epiſcopo eligendo conuentu frequentes conuenerunt, et concordibus ſuffragiis *EGILBERTVM*, Baſilicae majoris Decanum, virum nobilitatis inter ipſos eximiae, Epiſcopum conſtituerunt. „ Item *a*) *Chuniſſa* . . . reliquam Patrimonii ſui partem cum *Miſtelfeldio*, tum temporis caſtro *Meraniae* Ducum *praecipuo*, *GEORGIANO COLLEGIO* ea conditione tradidit, vt. „ etc. Apud eundem. *b*) „ *Eberhardus* Epiſcopus certos quoſdam redditus *Monaſterio S. Theodori*, tradidit, et pro ſuſtentatione Virginum (Nunc ibi RR. PP. *Carmelitae* manent) in vitae communionem aggregatarum, ſumtus conſtituit annuos. Ei donationi GEORGIANVN COLLEGIVM conſenſit. „ Item *c*) *Fridericus* (*Sueuiae* Dux) emit a *GEORGIANO COLLEGIO* vicum *Waldmannshofium*. „ Item. *d*) *Vdalricus Memelsdorfius*, *GEORGIANI Collegii* Canonicus, et eccleſiae *Halberſtadienſis* Rector, molendinum retro eccleſiam propriis impenſis ex-

a) Idem num. LXI. ibidem.

b) Apud eundem. pag. 126. in *Eberhardo*. qui *Egilbertum* in Epiſcopatus regimine excepit. num. LXX. ad annum 1154.

c) Idem num. LXXXI. p. 132. ad annum 1164.

d) Idem loc. cit. num. LXXXIII.

Digitized by Google

exſtructum eo jure, quo ille poſſederat, eidem habendum tradidit. . . . Tunc temporis *Canonici* nullis Vice-Rectoribus vſi ſunt, ſed eccleſias ipſi in omnibus eccleſiaſticis muneribus, baptizando, concionando, et ſacra adminiſtrando rexerunt, et populo non tam verbis, quam exemplo praefuerunt. „ Porro *a*) „ *Eberhardus* Epiſcopus de juribus oppidi *Staffelſtenii GEORGIANO COLLEGIO* per Imperatorem *Lotharium* conceſſis a *Friderico* Imp: approbatis cognitionem exercuit. „ Item *b*) „ Vt . . . *Beatrix* Auguſta decem marcarum annui redditus Epiſcopo, et *Georgiano Collegio* traderet. ;, Item *c*) Poſtero anno *GEORGIANVM COLLEGIVM*, mediante et confirmante *Othone* Epiſcopo locum quendam, qui *Steinberga* dicitur, *Arnoldo* Abbati, et Monachis *Hailsbronenſibus* perpetuo poſſidendum tradidit. „ etc. In Bulla *Innocentii* III. pro Canonizatione B. *Cunegundis* Imp. de anno 1200. vox *Capituli Bambergenſis* legitur. *d*) „ *Venientes igitur ad Apoſtolicam ſedem ex parte praedictorum Epiſcopi*, et *CAPITVLI PAVEMBERGENSIS dilecti Filii.* „ Et quis adeo bardus ſit, ac

a) Idem loc. cit. num. LXXXV.

b) Idem in *Hermanno* ſucceſſione *Eberhardi* num. LXXXVII. pag. 135.

c) Idem in *Othone largo* poſt *Hermannum* Praeſule ad annum 1190. num. CIV.

d) Aqud D. *Heiberger* Archiuarium *Bambergenſem* in part. 1. Icanog: pag. 148.

ac inſcius, eodem vſque modo nomine Reuerendiſſimum, et Inluſtriſſimum Clerum majorem inſigniri? Subinde tamen nomine *COLLEGII GEORGIANI* denuo venit poſt ea tempora. *a*) „ Quo facto *Lambertus* Epiſcopus, et *COLLEGIVM GEORGIANVM* etc. Alias autem denuo obcurrit nomine *CAPITVLI.* *b*)

Salisburgi Inſtitutum *Crodegangicum* nunquam floruit; ſed ſaeculo duodecimo, *Conradus* Archipreſul . . . . augendo Metropoliticae eccleſiae ſuae decori intentus, Canonicos numero viginti quatuor ſub D. *Auguſtini* norma ibidem inſtituit, eiſque Praepoſitum dedit *Hermannum*; Decanum vero Regimini praefecit *Hartmannum. c*) Annus 1514tus memorabilis eſt mutatione ſtatus DD. Canonicorum eccleſiae Metropolitanae, qui Pontificia auctoritate per *Mathaei Gurcenſis* Epiſcopi, et Cardinalis operam a regula D. *Auguſtini* abſoluti, e regulari ad ſaecularium Canonicorum ordinem tranſierunt. Trecenti nonaginta duo anni fluxerant, nempe ab anno 1122do, quo *Conradus* I. inſtitutum Collegium Metro-

a) Apud *Hoffmannum* cit. pag. 221. ad an. 1396. num. XXIV.

b) Vt anno 1225, anno 1307. apud eundem; atque in aliis monumentis.

c) Vid. *Mezger* Hiſtor. *Saliſb.* lib. 4. cap. 5. Erat ille annus 1122dus.

tropoliticum in familiam religioſam redegerat. Verum longe immutata temporum ratio, et mos aliarum inſignium Cathedralium eccleſiarum vix amplius antiqua inſtituta patiebatur. Accedebat paucitas Candidatorum religionis, etſi multi forent, qui dignitatis eſſe mallent. „ *a*) Hac in re intereſt, ſaeculi XI. et XII. conſulere ſcriptores, ne velut in incertum quis arioletur.

§. LXXVII.

QVID IN PROVINCIA MOGVNTINA, COLONIENSI, ALIIS?

Principalior in *Germania* Metropolis eſt *Moguntia*, cujus Ditio tum dignitate tum latitudine reliquas antecellit eccleſias Metropolitanas. In ea Prouincia iſtiuſmodi communio nutare coepit ſaeculo duodecimo in eccleſia apud S. *Severum Erfordiae.* Habebatur ibi *b*) „ Conuentus Archiepiſcopi *Moguntini* cum Suffraganeis, et variis Praelatis e Clero, in quo quotidiana praebenda Canonicis S. Se-

a) Idem loc. cit. cap. 47. apud quem lib. 6. a pag. 1154. nomina omnium Praepoſitorum, et Decanorum, qui a ſtabilita S. *Auguſtini* Regula ibi floruerant vſque ad illius diſciplinae abdicationem, reperies.

b) De anno 1121. V. Tom. 4. CC, G. p. 613. Vbi rem lectori haut injucundam me factitare exiſtimabam, ſi ſimul aliqua, quae ad antiquius iſtud Inſtitutum, et ſuſtentandi Canonicos, morem adtinent, adjicerem.

Digitized by Google

Seueri danda, auctoritate Praepoſiti S. *Seueri Erfordiae* determinatur. In nomine ſancte, et indiuidue Trinitatis. Notum ſit omnibus tam futuri, quam praeſentis temporis fidelibus, qualiter inter Canonicos Eccleſie S. *Seueri*, et Prepoſitum *Adalberonem* de danda cotidiana eorum Prebenda conuenerit. Deſtructis poſſeſſionibus Eccleſie, frequentibus incendiis, et rapinis tempore Prepoſiti *Embrichonis*, qui idem *Embricho* cotidianam eorum Prebendam adminiſtrare non poterat, partitionem bonorum fieri elegit, vnam ſub fratrum dicione, et deliberatione ad ipſorum vſus relinquens, et alteram ſibi retinens (En inflicta huic Diſciplinae vulnera, additasque inſimul rationes!) ſed Prepoſitus *Adelbero* poſt eum ſubſtitutus hanc partitionem recuſauit, et cotidianam Prebendam elegit.„

„Cotidiana vero Prebenda talis eſt; ſeptem panes ſigalini in ſeptimana, dominicis diebus album panem per annum, in jejunio vero cotidie. Et iſti panes tam albi, quam nigri ad Conuiuia pertinentes, equales ſint panibus, qui dantur ad *S. Mariam*, in magnitudine, et albedine. Carnes vero hyemales, et eſtiuales quales ſint carnibus, quae dantur ad S. *Mariam*. In ſecunda feria dimidius caſeus, et tria oua; ſimiliter in quarta et ſexta feria. Cereuiſia equalis ſit cereuiſie, quae datur ad S. M*ariam*. In feſto S. *Martini* inter gallos et gallinas duodecim vnicuique. In jejunio vnicuique becharium

charium vnum de piſis ad duos dies, et cotidie allecia, et quinque ratices. De porro quoque, quantum Vir vnus ambabus manibus poteſt comprehendere. Haec autem ſunt Conuiuia. *Primum* in feſto S. *Seueri* II. in feſto omnium Sanctorum. III. in Natiuitate S. *Martini.* IV. V. et VI. in Natali Domini. VII. in Circumciſione. VIII. in Epiphania. IX. in Natali S. *Seueri.* X. In Purificatione S. *Mariae.* XI. in Quinquageſima. In ſecunda feria vnum caſeum, et decem oua cuique: Similiter et in tertia feria (Videtur, feriis iſtis ab carnium comeſtione tum fuiſſe abſtentum) XII. Conuiuium in die Palmarum. XIII. In Coena Domini praeter mandatum. XIV. XV. et XVI. in Paſcha. XVII in Aſcenſione. XVIII. XIX. et XX. in Pentecoſten. XXI. in Natali S. *Joannis Baptiſtae.* XXII. in Dedicatione Monaſterii (En Canonicorum clauſtrum nomine venit *Monaſterii*;) XXIII. In feſto Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* XXIV. in Aſſumtione S. *Mariae.* XXV. in Natali ejus. XXVI. in die S. *Michaelis.*

In vnoquoque autem conuiuio IV. fercula. Primum Salſamentum. II. Pulmentum, ita vt in duas Capetas diuidatur Gallina. III. Due carnes calide cum Porro et Lucanicis (Bratwürſte) IV. Aſſatura et de cercuiſia bona ad hec Conuiuia, quantum fratres voluerint (Conuiuia tamen in die Palmarum et Coenae Domini in iſtis Carnium portitionibus data fuiſſe, vero ſimile non eſt. Solum fit mentio

 de

Digitized by Google

de iis, quae communius per annum, frequentiusque ſolebant fieri) In die S. *Walburgis* duo Camiſalia vnicuique, aut VII. ſolidos pro illis. In feſto S. Mariae vnicuique Phaltinam vnam, quae valeat XXX. denarios; et in fine illius duos denarios alligatos, et duo tunicalia, que inter fratres circumeant, quorum vtrumque valeat III. ſolidos. In feſto S. *Michaelis* ſoccos de Cotto. In feſto S. Thome duo plauſtra lignorum. „ Vsque huc textus. In fine confirmatio Archiepiſcopi *Moguntini*, ceterorumque Praelatorum adjicitur.

Vita autem communis Canonicorum Eccleſiae *Moguntinae* Metropolitanae ſuum habuit exterminium ſaeculo tertio decimo ſub *Gerardo* Archiepiſcopo, teſte *Dürrio a)* eum in modum ſcribente: „ Vita communis Canonicorum Ecclesiae Metrop. *Mogunt.* ſaeculo decimo tertio ſub *Gerhardo* Archiepiſcopo, et quidem anno circiter 1253. ſublata fuit; licet nullam hujus rei mentionem faciat *Serrarius*, vel ejus Commentator *Joannis*. Ad ſtabilendam hanc Theſin adducor ex concentu Diplomatum: nam *Chriſtianus* in Diplomate an. 1251. adhuc facit mentionem vitae communis, dum ait, *quod ab annis adoleſcentiae ſuae ab eccleſia Mogunt. delicatis alimoniis enutritus ad emendationem Praebendarum varia donauerit. Praebenda*

a) *Dürr* de *Moguntino S. Martini* Monaſterio §. 20.

da autem fuit vocabulum vitae communi proprium: id quod adhuc magis confirmatur ex eo, quod in ſubſequentibus donationibus Capitulo *Mogunt.* a variis Archiepiſcopis, diſſoluta jam vita communi factis, non amplius fiat mentio de emendatione Praebendarum, quae tamen in omnibus anterioribus diplomatibus principale fuerat objectum. Praeterea quum Diplomata, vi quorum ceſſantibus *Cuſtodis dormitorii*, *Janitoris*, et *Magiſtri coquinae* officiis ſubſtitutae ſunt *Vicariae*, exarara ſint anno 1241. ſequitur, quod eodem anno, vel ſaltem immediate praecedentbus vita communis ceſſarit, Canonicis aedes ſeparatas habitare incipientibus, cum quo anno absque dubio conſpirabunt acta Capituli circa diuiſionem conſcripta, et in Archi uio Metrop. dubio procul adhuc extantia. Huic accedit, quod eodem anno 1254. varii Ordinis S. *Benedicti* Abbates pia quadam aemulatione nouas plane fundarint *Vicarias*, intuitu quarum adhuc hodie jus Patronatus exerceat. „ Abunde ex his perſpicimus, quam difficile ſit, definire tempus pro qualibet in *Germaniis* eccleſia, quando Inſtitutum *Crodegangi* ſuo functum ſit fato. Pauciſſimis peruia ſunt recondita in Archiuiis ejuſcemodi Secreta.

Eodem ſaeculo idem Inſtitutum aliae eccleſiae collegiatae *Moguntinae* exulare fecerunt.

Digitized by Google

runt. „ De *Gudenus a)* etenim ex charta antiqua de *Wilhelmo* Praepoſito memorat, *quod anno 1224. ceſſerit plenam in perpetuum fratribus adminiſtrationem, ita ut ipſi libere, et utiliter de rebus eccleſiae diſponant, et ordinent, et ſibi ipſis in ſuorum diſpendiorum adminiſtratione ſecundum quod honeſtum, et expediens videbitur, prouideant.* Eadem eodem fere tempore peracta ſunt a Praepoſito eccleſiae B. V. *ad gradus*, prout acta in Archiuio aſſeruata teſtantur. „

In eccleſia Metropolitana *Colonienſi* clariſſima ſeſe produnt hoc ipſo ſaeculo vitae communis argumenta; quamvis eodem adhuc ſaeculo inde etiam emigraſſe videatur. Primum commonſtrat Concilium Prouinciale *Colonienſe*; *b)* in cujus ſtatutis, dum alicubi ea diſciplina peſſumdata fuerit, nouum recipit vigorem. „ Vbi de *Dormitoriis*, de *lectura Tabulae Capitularis*, de *lunationibus* et *Kalendis*, de *memoriis defunctorum* . . . de *Canonicorum comedendi, et dormiendi modo.* Ibi. „ Quae negligentiae cauſſantur exinde potiſſimum, quod ſunt quaedam eccleſiae Canonicorum carentes dormitoriis, quaedam habentes dormitoria, ſed eorum Canonici dormire in his, longo

a) Gudenus in Elencho Praelatorum eccleſiae S. *Mauritii* Tom. 3. Cod. Dip. pag. 916. ap. *Dürr* cit.

b) De anno. 1260. *ſtatuto* VII. Tom. 3. CC. G. pag. 590. ſeq.

longo temporum ſpatio diſſueuerunt... Super his omnibus qualiter reformetur, et reformata in robore ſuo permaneant, et vigore, ſicut primitus erant inſtituta: ita praecipimus, quod eccleſiae Canonicorum, carentes dormitoriis, ea deinceps habeant, de communi eccleſiae aere, ſeu pecunia conſtruenda: et Canonici, qui habentes Dormitoria, dormire in his aliquamdiu diſſueuerant, in his dormiant, prout conſuetum fuit antiquitus. „ Item *a*) „ *De Piſtrinis eccleſiarum.* Cum vero ſint quaedam eccleſiae carentes Piſtrino communi, quod multum vtique reprobamus, ſuper hoc ita praecipimus, quod in omnibus eccleſiis Collegiatis habeatur commune piſtrinum, et panis ibi praebendalis diſtribuatur potius, quam vnusquisque cum modio, ſiue maldro annonam panis praebendalis recipiat ad vendendum. Ex hac namque venditione perit hoſpitalitas in eccleſiis, cum in ipſis pauci, vel nulli reperiantur, panem ſuum in domibus comedentes clauſtralibus, vel egenis inde eleemoſynam tribuentes. „

Quoad vitae autem communis abolitae veſtigia ex *Colonienſi* quodam Concilio; *b*) ex cujus ſtatuto

a) Loc. cit. *ſtatuto*. XI.

b) Iſthoc Concilium, vt erudite ad illud animaduertit *Harzheim* Tom. 3. cit. pag. 631., ante annum 1271. vel 1272. celebrari vix potuit; eoquod *Engelbertus* II, ſub quo illud habitum

ſtatuto trigeſimo quarto innui videtur, eam communis vitae diſciplinam labefactatam extitiſſe. Grauis etenim Praebendae cujusdam vacantis controuerſia diſcutienda ad curiam Papae transmitti jubetur; beneficiorumque diuiſio haut obſcure eluceſcit, vitaeque communis integrae veſtigia conſpiciuntur nulla. In alia Synodo *Colonienſi a)* legimus. „ Item ſtatuimus: quod neque Canonici, neque clerici vagentur nocturno tempore per plateas pſallentes, et ſi aliquos tranſire oporteat ex legitima et juſta cauſſa, hoc faciant ſine clamore, et ſine cantu, ſine cytharis, ſine tympanis, et ſine quolibet ſtrepitu, et chorea: et volumus, quod contrarium facientes Decani ſuſpendant a praebendis eorum per vnum menſem „ etc. quae profecto priuatam denotant vitam.

Idem, quod de particularibus quibusdam hactenus commonſtratum iueramus, de aliis quoque manifeſtum fit eccleſiis. In plurimis etenim

eſt, ab anno 1263. vsque 1270. continuo in bello, diſcordiaque diſcinderetur ab vrbe, et ciuibus *Coloniae;* nec niſi anno 1270. interuentu *Alberti* M. reconciliationi Archiepiſcopi cum *Colonia* locus datus eſt. Certe *Mörrlenſius* ante annum 1273., atque poſt laudatam reconciliationem adſerit, *Engilbertum* omnem in diſciplina reſtauranda collocaſſe operam; quae cum tamen effectum vix nacta eſt, vt illa ſocialis vita redintegrata fuerit.

a) De anno 1281. *Statuto* I. Tom. 3. cit. p. 659.

etenim earum vitae in communi peragendae ſolum circa ſaeculi duodecimi medium documenta proſtant.

In eccleſia *Friſingenſi* adhuc circa medium praefati ſaeculi hujusmodi ſuperſtitiſſe vitae genus, produnt ſtatuta Ottonis *Friſingenſis*; *a)* vbi praedictus effatur Praeſul. „ *Conſultis venerabilibus D. Henrico Ajacyntho R. E. Cardinalibus, et Legatis, qui hoc tempore in regno Teutonico legatione fungebantur, et eorum adhibita auctoritate .... antiquas et rationabiles eccleſiae conſuetudines, quae, vt dicitur, legem imitantur, volumus, vt a fraternitate veſtra, videlicet modum pſallendi in Choro, reuerentiam in Capitulo, dormiendi in dormitorio ab omnibus obſeruari, exceptis infirmis, et his perſonis, quae ſpeciali jure exemtionem defendere poſſunt. Contemtores regulari diſciplinae ſubjaceant .... de ſtipendiis, quae ad communem praebendam pertinent .... ad communem fratrum vtilitatem deputentur.* In ſtatutis equidem eccleſiae Cathedralis *Mindenſis* *b)* ſtatuitur, *quod praecipue in Choro, Refectorio, Dormitorio honeſte, modeſte, et diſciplinate ſe habeant, qui autem aliter ſe habent, a Decanis pro qualitate commiſſi grauiter puniantur:* Aſt ſingulare hoc eſt, et fors in nulla amplius

a) Apud *Dürr* de capit. claus. §. 13. De anno 1158. in *Lunigii* Spicil. eccleſ. Part. II. p. 233.

b) Apud eund. loc. cit. De anno 1230. *Lunig* cit. cont. part. 3.

plius eccleſia, vel paucis admodum ejusmodi relicta vitae communis veſtigia deprehendes.

§. LXXVIII.

EXPOSITIO VOCVM PEREGRINARVM, ANTIQVARVMVE PARAGRAPHO ANTECEDNTE ADDVCTARVM.

Ad clariorem (§. 77. antec.) dictorum dilucidationem adjunctas apud *Harzemium* notas nonſolum non omittere, ſed et ſubin de meo addere, haut importunum judicabam. Igitur.

Sicalum, Sigala, Sigale vox trifaria *a*) vna quaelibet panibus noſtris adcommodata; vti 1. *Sicalum, frumentum, hordeum, Spelta, Auenā, Siligo, Faba, Cicere.* Eſſent igitur panes de farina ex frugum genere vario compoſiti. 2. *Sigala. b*) „ Non ſunt nobis amplius praeter quinque modia *Sigalae*, et tria ſextaria tritici. 3. *Sigale* in vita *Aldrici:* debentur inde de paſtione inter frumentum et *Sigale* modii XXXIV. Quae vltima denotatio prae ceteris videtur aptior, quod accedant ad nigredinem, qui ſequitur litterae contextus, id ſatis indicat. Certis equidem diebus praeter conſuetum panem accepere album ex Siligine confectum, qui dicebatur *ſimila*, pro quo

a) Du *Freſne* Tom. 6. edit. Paris. p. 481.
b) Chronic. Noualic.

Digitized by Google

quo tamen pane in *natura* etiam dabatur quandoque uummus; et ſic patet, quales fuerint nummi ad ſupplementum panis: tales diſtributiones etiam quandoque fiebant non habito reſpectu ad menſam, ſed ex particulari fundatione. *a*)

Becharium. Inſtrumentum ad formam calicis, germanice: **Becher.** Species menſurae liquidorum.

Allec, pro *Hallec*, in ſingulari. Piſciculus ad ſalſamenta idoneus. *Halleces.*

Porrum. Allium.

Ablutio pedum; quae fit in Coena Domini, cum ſcilicet Chorus cantat illud Chriſti: *Mandatum nouum do vobis.* Vbi *Cruſtuli* (oblaten) cum vino diſtribui ſolent non modo praeſentibus ex officio Clericis, ſed et ſpectatoribus Laicis: in paruulos hinc inde Amygdalae, et id genus bellaria ſparguntur. In *Coena Domini* itur ad Refectorium ad mandatum. . . . Feria quinta in Coena Domini in proceſſione, qua itur ad Refectorium, cantent pueri Hymnum: *Tellus et Ethra jubilant.* etc. *b.*)

Salſamentum. Vox tam ſalſam carnem, quam piſcem admittens.

Pulmentum. Vox veteribus cognita; ſed ſequiori aetate, maxime in regulis monaſticis

a) Dürr de *Mogunt.* S. *Martini* Monaſt. §. 19.
b) Idem loc. cit.

cis vſurpata, vbi pro quovis obſonio accipitur. *a*) Pulmentum dabimus ſalſum, aſſum, vel coctum; Olus, cerebrum, piſcem tenerum. etc. Pulmentum vero ex mediae qualitatis materia, vt oua, pultes, olera; quibuſcum in menſam adlatus eſt Gallus, quod uidelicet pulmentum vnus illorum adrepto cultello, vt mos eſt, diſſecuit.

Capetae. In duas partes aequales Gallinam diuidi vult, vnamquamque in *Capeta*, ſiue Scutella adponendam. Prouidebit *Cellerarius* (in Refectorio) ſcutellas, Scyphos, et *Capetas*. *b*) „ *Capeta* videtur Idem ac *Capis*. (Sonat ein Trinck-Geſchirr) Quod alioquin connexitatem cum re Gallinaria habeat, patet ex analyſi ad dictum vocabulum *c*) *Capis*: accipiunt oua Gallinarum, et rumpunt ea, et in Cacia, vel Capice lignea, aut ferrea, quae tamen ſit ſtagnata, ponunt ea, ſed in rumpendo ouo remouent ſummitatem teſtae oui. Nec errare putauerim: *Capetam* fuiſſe ſcutellam, ferculo ex Gallinis vnice deſtinatam. „ Ita videlicet Adnotator.

Camiſalia. Camiſale, interula, interior tunica. h. e. Supparum, quod vulgo dicitur Camiſia. Et *Iſidous*. Camiſias vocamus, quod in

a) Du Freſne Tom. V. p. 971.

b) Idem Tom. 2. p. 238.

c) Idem loc. cit. p. 244.

in his dormimus in Camis, id. eſt, in noſtris ſtratis.

Phaltina, ſiue *Cappa tunicata.* Reſpectu mulierum *Faile* vocatur; veſtimentum ſcilicet, quo Caput et totum corpus vice pallii operitur. „Hoc tempore Canonicis diſtribuebantur certae veſtes in natura, potiſſimum Cappae, Calceamenta, cetera.„ *a*)

Denarii Alligati. Hos quum in Gloſſariis quaeſiuerim fruſtra (ſcribit Adnotator) ſic interpretari licet de modico pecuniae, ſeu de Denariis, qui in *Phaltinam*, et in finem illius, ſubintellecto inferne, ſiue in *Phaltinae* ſutura, ſecundum mirabiles veterum mores, alligari poterant; et ex obſoleta iſthac conſuetudine deriuari reor, quod etiamnum *Bambergae* Canonicis, ac Vicariis ſummae aedis, cuilibet bini diſtribuantur denarii, inuoluti linteolo, filoque conſuti; quos proin denarios illigatos non abſone dixeris, in iisque memoriam veterum illorum alligatorum conſuetorum. Aſt deceptus heic eſt *Adnotator*; iſtum etenim morem prorſus aliam cognoſcere originem, norunt *Bambergenſes.* Siquidem quum electus anno 1333. *Leopoldus ab Egloffſtein*, Epiſcopus *Bambergenſis* ſubin **auf den ſtreetzen Weeg** ab hoſtium incurſu praeſens vitae ſubiret periculum, indeque mirum in modum euaderet incolumis; quot annis vigeſima *Auguſti*, poſt litatum Deo ſacrificium ejuſcemodi

a) *Dürr* cit.

Digitized by Google

di denarios, linteolis inuolutos, ordinauit diſtribuendos in perpetuam rei memoriam, vsque modo conſeruatam, ac deinceps conſeruandam.

Tunicalia. Clericorum veſtis propria variae ſignificationis. *Socci de Cotto.* Non de Corio. Soccus, ſiue calceus ea figura, vt diſtinquat talum. Item. Socci non ligantur, ſed tantum intromittuntur. Cottum alias culcitram indigitat. Rurſus. Cotum, vel coopertorium de groſſis ouium pellibus, et panno groſſo coopertum. *a*) Vt dicam quod eſt, Calceamentum hyemale. Notae iſtiusmodi deſumtae ſunt ex Auctore *de Gudenus* praeter ea, quae a nobis ſunt adjecta. *b*)

§. LXXIX.

VITA COMMVNIS, QVANTVMVIS AB CAPITVLARIBVS DERELICTA, REMANSIT TAMEN ALIQVAMDIV APVD DOMICELLARES.

Licet vero Canonicorum *Capitularium* vita communis temporis tractu exulauerit, ejusdem tamen vſus retentus eſt multis in Eccleſiis apud *Domicellares*; atque conſuetudo inualuit, vt *Scholaſticus* praebendarum *Domicellarium* concreditam haberet procurationem, ex quo praebendarum genere illud decerperet, quod eorundem ſuſtentatio expoſtularet.„

a) Du Freſne Tom. 2. p. 1131.
b) Tom. 1. Codicis diplomatici.

Digitized by Google

ret. „ Semper (Scribit *Dürrius a*) ſub inſpe-ctione *Scholaſtici* erant illi ſcholares, ac ſub eodem cum ipſo tecto, Eccleſiae Metropolitanae juncto, degebant, prout pariter diſcimus ex Diplomate; *b*) vbi obcurrit ſententia lata a Judicibus ſanctae Sedis *Moguntinae* anno 1261. in fauorem *Scholaſtici* contra *Gozonem* Ciuem *Moguntinum*; qui per ſuum aedificium in atrio, quod *Lichhof* vulgariter adpellatur, Curiae *Scholaſteriae* majoris derogauit ſeruituti: *ne luminibus, et proſpectui officiatur dictae Curiae annexae*, et condemnatus fuit ad diminuendum ſuum aedificium: vbi inter alia habetur: *Et quia domus Scholaſteriae ad hoc exiſtit originaliter fabricata, et ob hoc Dignitati Scholaſteriae principaliter adunata, vt in ea pueri nobiles Canonici Moguntini ſub Virga conſtituti debeant ſub Scholaſtici regimine enutriri, declarando dicimus, quod in domibus, quae ſunt, vel erunt in areis memoratis, nihil debet penitus exerceri, per quod impediantur pueri circa ſtudium, vel in moribus deformentur; quodque Scholaſteriae dedeceat dignitatem, vtpote ſunt proſtibula, et tabernae, et alia quaecunque poſſunt et honeſtis hominibus officere, et bonis deditos ſtudiis impedire.* Ex quo Diplomate patet, ceſſante licet jam anno 1254. vita communi (§. 77.) in Eccleſia Metrop. *Moguntina*, ſtudium Domicellarium ſub *Scholaſtici* directione fuiſſe adhuc anno 1261. „ Qui pergit.

R 2 „ Varia

a) *Dürr* de *Mogunt* S. *Martini* Monaſt. §. 19.
b) *Gudenus* Tom. 1. p. 688. ap. eund.

„ Varia autem circa alendos hoſce *Domicellares* in Eccl. *Mogunt.* fuit diſciplina: ab initio *Scholaſticus* ex praebendis hiſce *Domicellaribus* adſignatis victum, et amictum ſubpeditauit, id quod in aliis etiam Eccleſiis Collegiatis vſu erat receptum, prout de *Aſchaffenburgi* probat Diploma. *a*) Quum autem occaſione hujus ſuſtentationis circa annum 1146. diſſidia orirentur *Scholaſticum* inter ac Canonicos Seniores, *Domicellarium* Cognatos, hi effecerunt penes *Henricum* Archiep., vt ipſi curam eorum haberent, prout clare ex Diplomate *Henrici b*) patet. „ Dein recenſet heic verba Diplomatis. Quibus datis proſequitur. „ Hoc autem poſtea immutato prouiſio, ac ſuſtentatatio *Domicellarium* denuo concredita fuit Scholaſtico. „ Id quod probat ex alio Diplomate, cujus verba breuitatis ſtudium jubet omittere. Vide apud ipſum.

Sed et haec diſciplina demum antiquata eſt, in totum ceſſantibus *Capitularium* ſcholis: fieri tamen non potuit, vt ne in haut paucis Eccleſiis reſidua ſupereſſent veſtigia ex vetuſtiſſima illa Eccleſiarum Oeconomia. In hujus teſtimonium vocamus eundem claris: *Dürrium. c*) „ Licet vita communis Canonicorum *Capitularium* fuerit ſublata, *Scholaſtico* tamen remanſit plerumque cura Scholarum Ciui-

a) *Gudenus* Tom. cit. pag. 353. ap. eund.
b) Idem cit. p. 180.
c) Dürr de capit. claus §. 9.

Digitized by Google

Ciuitatis, et jus conſtituendi Magiſtros, praeſidium examinis ordinandum: ſic *Moguntiae Scholaſticus* Eccleſiae Metropolitanae, vel ejus *Officialis* adhuc eſt Praefectus Scrutinio, ſeu examini ordinandorum; vnde omnes ad Ordines majores aſpirantes pro admiſſione ad examen debent illi offerre ſupplicam: Examinatores autem ſunt Profeſſores Theologiae, et variorum Ordinum Lectores: munus *Actuarii* peragit *Ludimagiſter* Scholae Metropolitanae Reuerendiſſimo *Scholaſtico* ſubjectus. „

Plus haec confirmationis accipiuut ex eo, quod alibi *a*) animaduertit idem Author. „ Notandum, olim etiam admiſſos fuiſſe ad conuictum Canonicorum non actualiter ſolum praebendatos, ſed alios exteros quoque alumnos, qui ſolebant victum eo fere modo, ſicut adhuc hodie in Monaſteriis, ac Seminariis, alumnos admittentibus, eſt receptum. Hoc eſt, qui non erant alumni, ſcholas tamen frequentarunt; admiſſi enim etiam ſunt ex Ciuitate Scholares pueri ad ſcholas Eccleſiarum, prout patet ex Diplomate, *b*) vbi habetur: *Nullus ſcholaris, qui non eſt Canonicus, praeter aſſenſum Magiſtri* (ſcilicet Scholaſtici) *ſcolas ingredi praeſumet.* Dein *c*) pergit. „ Item cura Archiuii Eccleſiae, et proceſſuum, et in quibusdam Eccleſiis, prout in ſtatutis legimus,

 cu-

a) Idem de *Mogunt.* S. *Martini* Monaſt. §. 19. cit.
b) *Gudenus* cit. p. 356.
c) *Dürr* loc. cit. de Capit. claus.

cuſtodia ſigilli minoris, et vbique ferme quoad jura vtilia pecuniae emancipationis, et mulctae a *Domicellaribus* ſoluendae; etc. quod optime ex ſtatutorum Eccleſiarum diſpoſitionibus eruitur.,,

Vsque in diem hodiernum certam pecuniae ſummam pendi pro emancipatione, quamuis emancipationis ceſſet ratio, Eccleſiarum praxis comprobat. Ceſſare vero rationem, inde eluceſcit; ſiquidem *Domicellares* non infrequenter viri ſint, non aetate ſolum profecti, ſed et litteratura, dignitate, aliorumque donorum praerogatiua celebrati. Qualis, et quanta inter Metropolitanarum, et Cathedralium Eccleſiarum, ac illas Monaſteriorum S. *Benedicti* ſcholas interceſſerit diſtinctio, quodque Eccleſiarum *Scholaſtici* Monachos Religioſos adſumſerint Coadjutores, conſule *Mabillonium* in Hiſtoria *Benedictina*, vel ſi mauis, laudatum ſaepius *Dürrium*. De antiquiſſimo ſcholarum tum in Eccleſia Cathedrali Imperiali, tum tribus reliquis inſignibus Collegiatis *Bambergenſibus* vſu, vtilitateque, me tacente, loquuntur eaedem ſcholae in hodiernam vsque lucem apud easdem Eccleſias ſuperſtites. Illud heic ſuperadimus; quod circa ſaeculum duodecimum ſcholae, ſiue Collegia Epiſcoporum, in quibus juuentus expeditius, feliciusque ad litteras, pietatemque effingebatur, vt plurimum flacceſcebant; eo quia ſubſtantia Eccleſiarum temporalis in complures bene-

neficiarios difflueret, variaeque in earum vices Academiae, ſeu *ſtudia vniuerſalia* ſuccederent: partim quoque ob temporum injuriam, partim ob Praelatorum deſidiam illae vel in ſcholas puerorum verſae ſunt, vel penitus extinctae. *a*)

§. LXXX.

DEPOSITA VITA COMMVNI CANONICORVM ECCLESIAE NON AMPLIVS COENOBIA, AVT MONASTERIA SVNT ADPELLATA.

Rupta apud Canonicos vita communi, nomen quoque *Monaſterii*, aut *Coenobii* iisdem Congregationibus adtributum exulare, juſſum eſt. Hanc in rem commentatur *Eſpenius* ſequentibus verbis. *b*) „ Poſtquam Canonici abjecta vita communi ad vitam ſingularem tranſierunt, externaque viuendi diſciplina ſe plene a Monachis, et Regularibus in communi viuentibus diſcreuerunt, ſenſim quoque vocabula, communem illam vitam praeferentia, reſpuerunt; atque ita eorum Eccleſiae, ſiue Collegia prius *Monaſteria* nuncupata, dici coeperunt Capitula: hocque nomine hodie Canonicorum ſaecularium Eccleſiae a Monachorum, et Canonicorum regularium Conuentibus diſtinguuntur. Vlterius ſingularitate ſemel inducta, ſuas etiam

R 4 *Congre*

a) Conf. Eſpen. I. E. V. part. 1. Tit. 11. cap. 1. *Thomaſſinum* D. E. part. 1. Lib. 1. cap. 101.

b) *Eſpen* I. E. V. part. 1. Tit. 7. cap. 5.

Congregationes, quae durante vita communi dicebantur *Conuentus*, *Collatio*, alioue ſimili nomine, quo Communitas aliquo modo indicabatur, *Capitula* dixerunt; hodieque *Congregationes*, ſeu *Conuentus Canonicorum*, vulgari nomine, *Capitula* vocantur; eaque, quae in illis Congregationibus acta ſunt, *Acta Capitularia*, *Capitulariter Acta* dicuntur. „

Frequentius tamen etiam manſere nomina *Monaſterii majoris* **Münſter.** Velut et illud **die** Conuent-**Meß.** Item *AEdes Dominicae.* **Thom, thum, Dom.** Ita Canonici nomen tulerunt *Dominorum.* *a*) Vnde et **Dom-Herren,** potius a voce *Domus*, quam *Dominus* deriuari, plures volunt. Heinc *Praepoſitus Domus*... *Praepoſitus majoris domus.* Non abludit ab hoc *Beſoldus b*) in *Theſauro practico.* Ibi. „ **Thum-Kirche** eſt Baſilica Metropolitana, ſiue Eccleſia Epiſcopalis; vnde et Canonici **Thum-Herren** vocitantur. Quidam a Domino deriuant; ſed rectius meo judicio a *Domo.* Erant enim vetuſtiores et principales Eccleſiae Martyrum, et Apoſtolorum Domus, nec olim fere Eccleſia conſtituebatur abſque reliquiis, ſiue integro aliquo corpore Martyris cujusdam. Et ita olim omnis Eccleſia ita vocabatur, poſtea Principales tantum. „ CAPVT XI.

a) Cl. D. *Schmitt* Tom. 3. Theſau. pag. 120. „ *Domus* itidem pro Baſilica accipitur. . . Italis proinde hodie adhuc *Il Duomo* denotare Eccleſiam, ait *Zindel* de Eccles. Cathed. §. 4.

b) Beſoldus cit. in V. **Thum-Kirch.**

Digitized by Google

CAPVT XI.

De inuecto poſt ſolutum *Crodegangi* Inſtitutum in Eccleſias, ſiue Cathedrales, ſiue Collegiatas, *TVRNO*; atque inde immutata conferendorum beneficiorum ratione: deque *Capitulorum* circa eundem *Turnum* conſtabiliendum poteſtate.

ARGVMENTVM.

Paragraphus 81. *De ea immutatione ex inuectis Turni initiis.*

82. *Dilucidatur vlterius*

83. *Jura conferendi Canonicatus, Praebendas, ac Beneficia transmigraſſe ad Capitula, ex Archi- et Epiſcoporum probatur reſeruationibus.*

84. *Idem probatur ex Eorundem primis precibus apud Capitula interpoſitis.*

85. *Accedit Authoritas Romani Pontificis.*

86. *Vtrum Capitula conſuetudinem introducere, aut condere queant ſtatuta, quibus ipſa potiantur jure Turni, et conferendi beneficia?*

87. *An et qualiter Capitula ſtatuta condere queant?*

§. LXXXI.

DE EA IMMVTATIONE EX INVECTIS TVRNI INITIIS.

Quum praeeunte, atque vexillum praefe- *Crodegango* congregationes Canonicorum, ſiue Cathedralium, ſiue Collegiatarum communis vitae lege, et ſocietate vincirentur, atque ipſimet Epiſcopi authores, et

Architecti fuerant harum congregationum, ſimul ac largiſſima ſaepe ex Eccleſiarum ſuarum fundis adſignarent temporalis vitae adminicula: quos fundos, redditusue eae ipſae adminiſtrarent congregationes, Epiſcopo non amplius in eam adminiſtrationis curam ſeſe intromittente; atque in illis Perſonae conquieſcerent, quae dignitatibus praepollerent; (§. 70.) coeptum eſt primo, quod eisdem adſignaretur fundorum, et agrorum aliquid antea, quam tota Capitularis menſa in partes diſſiliret. Confirmauit *Alexander* III. Capituli Cathedralis erectionem, ab Epiſcopo *Alexandrino* factam in propria ejus eccleſia: Dignitates ab eo inſtitutas firmauit, *Praepoſiti*, *Archipresbyteri*, *Cantoris*. Denique confirmauit et Canonicis complures parochias, illis adſignatas. *a*) Velut autem in *Monaſteriis* coeperant Abbates ſeparare ſuam ſibi menſam, tunc ejus exempli contagione adflati officiales Clauſtri, fundos inter ſe partiti fuerant: Ita nihil diſtat a vero, in eccleſiis Cathedralibus initium ab Epiſcopis factum (§. 73.) eſſe, tum vero dignitate conſpicuos ſuam ſibi quoque fundorum vendi-

a) Epiſt. 54. apud *Thomaſſinum* part. 3. D. E. l. 2 cap. 28. n. 4. „ *Singulis praedictas dignitates Apoſtolica authoritate confirmamus. Praeterea eccleſias uſibus veſtris Canonicis deputatas, ſcilicet S. Mariae etc., vobis nihilominus duximus confirmandas.* „

vendicaſſe partem, et denique ſingulos Canonicos in partes quoque ipſos veniſſe communium antea Praebendarum. Etenim quum antiquus diſciplinae ardor intepuerat, atque ſiue Epiſcoporum, ſiue Oeconomorum, vel Archidiaconorum in rebus eccleſiae diſpenſandis integritas, fidelitasque a priſtino ſuo gradu declinaret, frequentiſſimae commotae ſunt diſſenſiones, ac quaerelae inter Clericos, qui prouentus ſibi diſpertiendos poſtulabant, ac inter eos, quibus diſpenſationis cura incubabat. Atque primo Epiſcopi, et Capitula bona inter ſe partiti ſunt: Quae ipſa diuiſio in bonum *Capituli* redundare credebatur, teſte Synodo quadam *Tridentina a*): vbi cauſſa diuiſionis bonorum, praebendarumque bonum *Capituli* praetexitur. „*Quoniam perſaepe contingit, quod nos per noſtras locationes, et inueſtituras, et alia acta quam plurima noſtris juribus indebite ſpoliemur. Attendentes noſtras DIVISIONES Praebendarum pro euidentiſſima vtilitate Capituli, et ſingularum Perſonarum ipſius per CAPITVLVM ipſum factas, et in augmentum verius bujusmodi Praebendarum, volumus, atque ſtatuimus et ordinamus, ne etc.*

Partitionem iſtam inſequuta eſt bonorum Capitu-

a) Synodus *Tridentina* ſub Henrico III. Epiſc. de anno 1336. ſtatuto XV. Tom. 4. CC. G. pag. 643.

Digitized by Google

Capitularium inter ipſa membra diuiſio, atque ſingulis ſua adſignata *Praebenda*: quin imo ex partitione bonorum, reddituumque pullulabat diuiſio juris illius, quod adtinet ad Canonicatus, aliaque minora beneficia conferenda. Quemadmodum vero bonorum communium diſtributio parens erat diſcordiarum; ita et jurium communio non leuem ſpargebat litium ſementem; quarum contentionum, turbarumque auerruncandarum neceſſitas eam inuehebat prudentis Oeconomiae mollitiem, qua acrium diſſentionum nubes emoleſcerent, et penitus diſſiparentur: atque inde per Capitula fuerat conſtabilitum, vt, quisquis de Capituli foret gremio, ſuis potiretur vicibus, quibus ex ordine alter alterum ſequutus, *Canonicatum*, *beneficiumue* ei, cui conlibitum eſſet, conferret. Quae viciſſitudo *TVRNVS* compellabatur. Superius etenim (§. 70.) jam recenſuimus, perſeuerante adhuc *Crodegangi Inſtituto* penes Capitulares, excluſis aliis, perſtitiſſe, de ſuſcipiendorum non modo judicare qualitatibus, ſed et ipſam curare ſusceptionem: quo jure ſuo natiuo, et originario, quo antiquitus beneficia conferebant, Epiſcopi jam tunc vix non penitus ſe abdicauerant, atque Congregationibus Canonicorum ipſis quietiſſimam conferendorum beneficiorum poſſeſſionem aut indulgebant, aut fortaſſe etiam ſtipulabantur. Quantumuis enim ille a priori vita communi diſceſ-

Digitized by Google

diſceſſus ab Eccleſia diſſimulatus magis, quam probatus fuerit ; eo tamen ſemel indulto, et diuiſione Praebendarum inducta, ne vocato quidem Epiſcopo, ad complura beneficia, Canonicatusque ſaepe elegit Capitulum, Eccleſia ipſa per Pontifices eam Oeconomiam comprobante, vt ſtatim monſtratum ibimus.

§. LXXXII.

MODO DICTA DILVCIDANTVR VLTERIVS.

Stabili illud noſtrum adſertum incruſtatur fulcimento Canonis octaui Concilii *Generalis Lateranenſis* III. *a*) „*Nulla Eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel Eccleſiae alicui tribuantur, ſeu promittantur, antequam vacent; ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum, et beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum enim id etiam in ipſis Gentilium legibus inueniatur probibitum, turpe nimis eſt, et diuini plenum animaduerſione judicii, ſi locum in Dei Eccleſia futurae ſucceſſionis exſpectatio habeat, quam etiam damnare ipſi Gentiles homines curauerunt. Cum vero Praebendas eccleſiaſticas, ſeu quaelibet officia in aliqua Eccleſia vacare contigerit, et etiamſi modo vacant, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes Perſonis, quae digne adminiſtrare valeant, conferantur. Si autem Epiſcopus, vbi ad eum ſpectauerit,*

a) Concilium *Lateran.* III. de anno 1179. can. 8. Refertur cap. *Nulla* 2. de *Conceſſ. Praeb.*

uerit, conferre diſtulerit, per CAPITVLVM ordinetur. Quodſi ad CAPITVLVM electio pertinuerit, et infra praedictum terminum hoc non fecerit; Epiſcopus hoc ſecundum Deum cum Virorum Religioſorum conſilio exequatur. Aut ſi omnes forte neglexerint, et Metropolitanus de ipſis ſecundum Deum absque illorum contradictione diſponat. „ Illis nempe temporum viciſſitudinibus, vbi vitae communis repagula rupta alicubi jam fuerant, jura obueniebant *CAPITVLIS*, illos, quos volebant, in ſuum ſuſcipiendi gremium. Inde tamen eodem in Concilio ſeuere cauebatur non tantum, vt nequis duabus ſimul dignitatibus eccleſiaſticis, aut pluribus Eccleſiis Parochialibus, ſed nec pluribus praebendis, ſiue ambitioſus, ſiue auarus incubaret. *a*) „ *Quia nonnulli modum auaritiae non ponentes, dignitates diuerſas eccleſiaſticas, et plures Eccleſias parochiales contra SS. Canonum inſtituta nituntur acquirere, ita, vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum; ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibemus.* „ *etc.* Item *b*) *Quia in tantum jam quorundam proceſſit ambitio, vt non duas, aut tres, ſed ſex, aut plures Eccleſias perhibeantur habere, per fratres, et chariſſimos Coepiſcopos noſtros emendari praecipimus, vt de multitudine Praebendarum, Canonibus inimica, quae diſſolutionis materiam, et vagationis inducit,*

et

a) Concilium laudatum *can.* 13. Apud *Cabaſſut.* Notit. eccles. pag. 486.

b) Can. 14. Apud eund. loc. cit.

et certum continet periculum animarum, eorum, qui Eccleſiis digne valeant deſeruire, volumus eccleſiaſticis beneficiis indigentiam ſubleuari.

Haec Concilii *Lateranenſis* III. ſaluberrima Conſtituta robur vlterius, validiusque nacta ſunt in Concilio *Lateranenſi* IV. *a*) Hac vero aetate in *Germania* quoque penes *Capitula* ſtetiſſe facultatem, eligere ad praebendas, non eſt opera multae diſcuſſionis. *Titulus de Praebendis* locupletiſſimum ea de re fert teſtimonium. *b*) Concilium *Frizlarienſe* animaduertit in illos, qui beneficio non vacante quempiam ad *Canoniam* eligunt, jusque conferendi beneficium ad Epiſcopum defert. *c*) „ *Statuitur, quod nullus in Canonicum eligi debeat, beneficio non vacante, niſi juſta neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiae id requirat; et tunc vnus tantum, et non plures, aſſumi debent; ſiqui autem contra hoc ſtatutum praeſumſerint, quod factum eſt, ipſo jure non teneat, et Epiſcopus tot Praebendas conferre poteſtatem habeat, quod Perſonae fuerint aſſumtae.* Id quod in odium *Capituli* decernitur, quod deliquiſſe ſubponit ſynodus, conjectura abunde perſpicua, quod ſua Capitulares poteſtate abuſos credat. Idem legitur in Concilio *Moguntino.*

a)

a) Concilium *Lateran.* IV. can. 29. ap. eund. *Cabaſſ.* pag. 508

b) Cap. *Propoſuit* 4. Vbi de Epiſcopo *Cameracenſi* ſermo eſt. cap. *ſuper* 8. vbi de Capitulo *Tridentino.*

(*c* Concilium *Frizlarienſe* de anno 1246. *can.* 6. Tom. 3. CC. G. pag. 573.

a) „ *Nullus in Canonicum eligatur, beneficio non vacante, niſi juſta neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiae id poſtularit; et tunc vnum tantum, et non plures aſſumi permittimus, vt is, qui taliter aſſumtus fuerit, ſtatim ad reſidentiam compellatur. Siquis contra hoc ſtatutum aliquos, vel ſucceſſiue, vel ſimul elegerit, quod factum eſt, ipſo jure non teneat, et Epiſcopus ad tot Praebendas poteſtatem habeat eligendi, quod Perſonae ſic fuerint aſſumtae.* In epiſtola *Quidonis* S. *Laurentii* in *Lucina* Cardinalis, A. S. Legati ad Prouinciam *Magdeburgenſem*, Epiſcopatumque *Caminenſem* Encyclica, velut et in ipſis ſtatutis *Magdeburgenſibus* ejusdem anni ad alios, quam Epiſcopos, conlatio Canonicatuum eruitur pertinere. Epiſtola ita habet. *b*) „ Praecipimus autem illis, ad quos praedictorum beneficiorum, Perſonatuum, ſeu Dignitatum collatio pertinet. „ In ſtatutis autem: *c*) Si ſecus per eos, ad quos electio, collatio, praeſentatio, ſeu talium beneficiorum ſpectare dinoſcitur, attentatum fuerit, ipſa electio, collatio, praeſentatio, prouiſio ea vice ad loci Epiſcopum . . . deuoluatur. „ Quae omnia aperta ſunt diſciplinae in Eccleſiis *Germaniarum* monumenta.

§. LXXXVIII.

a) Concilium Prouinciale *Moguntinum* de anno 1261. *can.* 29. Tom. 3. cit. pag. 604.

b) De anno 1266. Num. 10. Tom. 3. cit. p. 804.

c) De eod. anno ſtatuto 10. Tom. cit. p. 799.

Digitized by Google

§. LXXXIII.

IVRA CONFERENDI CANONICATVS, PRAEBENDAS, AC BENEFICIA TRANSMIGRASSE AD CAPITVLA, EX IPSIS ARCHI-ET EPISCOPORVM RESERVATIONIBVS COMMONSTRATVR.

Anteçedente mox *paragrapho* a nobis eſt comprobatum, eam ſaeculo tertio decimo, et praecedentibus fuiſſe in eccleſiis quoque *Germaniae* ſaluberrime inuectam beneficiorum diſciplinam, vt nemo vllus ad eccleſiae Canonicatum antea, quam obtingeret vacatura, adſumeretur. Satutum hoc flocci habentes Canonici S. *Ioannis* in *Moguntia* reſeruatione quatuor praebendarum ab Archipraeſule *Moguntino* mulctati ſunt. En verba, *a*) „ Petrus ... Archiep.... Decano et Capitulo eccleſiae S. *Joannis*.... Cum in ſtatuto *Frizlarienſi* per nos in concilio noſtro, quod nuper celebrauimus in *Moguntia* in penam eorum, qui Canonicos ad vacaturas prebendas contra Juris communis ſanctiones praeſumunt recipere ſit prouiſum, ... Vnde quia in viſitatione in jam dicta eccleſia veſtra nuper vice noſtra peracta per eos, quibus eandem viſitationem commiſimus eſt repertum quod vos quatuor Canonicos contra juris communis et predicti ſtatuti teno-

 rem

a) De anno 1312. apud *Würdtwein* ſubſid. Diplomat. Tom. I, pag. 391. ſeq.

rem et finem ad praebendas recipere praeſumſeritis vacaturas.... Quod nos ne ſimilia preſumantur a ceteris in juris noſtri negligenciam ſine debita correctione preterire volentes, vobis cum ſepe dicti ſtatuti virtute propter veſtre hujus preſumcionis temeritatem quatuor prebendarum collatio nobis competere dignoſcatur ſub pena ſuſpenſionis .... inhibemus ne in collationibus quatuor prebendarum que in veſtra proxime vacare contigerit ecclgſia quocunque modo vos intromittere preſumatis. „ etc. Notentur verba: *ſimul*, vel *ſucceſſiue*, vbi per *ly ſucceſſiue* ſignificatur *Turnus*, de quo plura in ſubſequuturis. Concordant ejusdem Archipraeſulis litterae, quibus duas ex quatuor praebendis primas nominatis ab ſe perſonis conferebat. *a*) In ejuscemodi autem conlationis jura extra caſum admiſſi ab Canonicis delicti inuolare, idem fuiſſet, ac temerare firmatas juſtitiae regulas.

Itaque Canonici hujusmodi de pluribus contra ſtatuta concilii *Frideslarienſis*, ac *Moguntini* (§. 82.) ſuſcipiendis beneficiariis adtentato ſe pollui, minus curabant. Atque, vt mihi ſimilior vero eſt conjectura, ob *conſtitutionem Alexandri* IV.„ qua quatuor duntaxat ſupra numerum praebendarum perſonis de beneficio *exſpectatiuae* indulget. Audiamus

a) Litterae de anno 1313. loc. cit. p. 193.

dicamus verba Papae. *a*) „ Execrabilis quorundam ambitio, que ſemper plus ambiens eo magis fit inſaciabilis, quo ſibi amplius indulgetur, et importuna improbitas, cauſam dediſſe noſcuntur, quod in nonnullis eccleſiis decem, in aliquibus viginti, in aliis vero pauciores, aut plures, ſiue ſedis Apoſtolice vel legatorum ejus auctoritate, aut proprio motu Capitulorum ipſarum, ſeu per alios, ad quos eorundem ſpectat receptio in Canonicos ſunt recepti, qui nondum adepti ſunt beneficia in eisdem, ſicque tales ſub diutina, cum multi ſint, exſpectatione manentes, fruſtrati ſpe, quam de ſua prouiſione conceperant, vix poſſunt aſſequi, quod intendunt, et illis, ad quos beneficiorum, ſeu prebendarum in eisdem eccleſiis collatio ſpectare dinoſcitur, facultas adimitur, eadem cum vacauerint perſonis idoneis conferendi; .... Nos attendentes, quod ipſorum numeroſitas, que propter importunitatem petentium in immenſum excreuit, nonnullis parit ſcandalum et errorem, ... cogimur excogitare remedium ....

 Ita-

a) *Alexander* VI. PP. anno 1454. Thronum Pontificium conſcenderat. Primo Pontificatus ſui anno nonas *Aprilis* apud *Neapolim* conſtitutionem emanauerat, qua execrabilem retundere conabatur ambitionem eorum, qui plura vbique beneficia conquireret, et inde ſaltim quatuor tollerari *Exſpectatiuas* conſtituerat. Vid. Tom. I. *Würdtwein* cit. pag. 186. ſeq.

Itaque .... duximus ordinandum, vt in eccleſiis .... quatuor duntaxat admiſſi remaneant, et ſint Canonici .... decernentes eos, ad quos in ipſis eccleſiis prebendarum, ſeu beneficiorum ſpectat collatio, ad prouiſionem reliquorum aliquantinus non teneri,, etc. Porro dum largior eſt Pontifex in recenſendis incommodis, ſcandalis, jurgiis, litibusque ex *exſpectatiuarum* copia enatis, diſtrictius eam prohibet continuandam. Etenim tunc inualuerat *exſpectatiuarum* conſuetudo; atque quum plus aequo ſeſe *Legati* Pontificii ingeſſerint, Capitulorum juribus, penes quae ferme ſolum conlationum reſederat facultas, non leuiter fuit detractum.

Laudato autem ſuperius Pontificis *Alexandri* de quatuor tantum praebendis ſupernumerariis conſtituto parum alicubi obſecundatum eſt; vnde alia conſtitutione illi abuſui ab eodem obuiam proceſſum. *a*) ,,Sua nobis dilecti filii Decanus et Capitulum eccleſie *ſancte Marie ad gradus Mogunt.* petitione monſtrarunt, quod licet receptiones quam plurium qui auctoritate literarum felicis recordationis I. PP. (erat is *Innocentius* IV.) Predeceſſoris noſtri et Legatorum ſedis Apoſtolice ac proprio motu Capituli recepti fuerunt in ipſa eccleſia, pro eo quod quaternarium

a) Data eſt anno Pontificatus ſexto, V. *Idus Februar.* ad Decanum S. *Quidonis* apud *Spiram* Tom. I. cit. pag. 190.

narium excedebant numerum per Conſtitutionem a nobis editam ſint caſſate, nihilominus tamen ſic recepti per executores ſibi deputatos faciunt adhuc in dictos Decanum et Capitulum excommunicationis ſuſpenſionis et interdicti ſententias promulgari, alias ipſos occaſione hujusmodi contra juſtitiam moleſtantes.... Ideoque diſcretioni tue.... mandamus, quatinus, ſi ita eſt, eiſdem executoribus ex parte noſtra inhibere procures, ne de cetero contra eosdem Decanum et Capitulum procedant auctoritate hujusmodi litterarum ac reuoces nihilominus ſi quid per eos ſuper hoc contra tenorem conſtitutionis prefate adverſos dictos Decanum et Capitulum fuerit attemptatum, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.,,

Aſt poſtea huic ipſimet *Alexandri* IV. de tolerandis quatuor *exſpectatiuis* Decreto omnem exeſſe vim, ac robur voluit praedictus ſupra Archipraeſul *Moguntinus*: id quod firmiore conatu praeſtitere Decreta Baſileenſia, vniuerſae Nationi *Germanicae* comprobata, acceptaque. *a*) In cujus adceptationis *Inſtrumento* legimus. *b*) ,, Sancta Synodus volens ſuper his oportunum remedium adhibere,

 ſta-

a) Anno 1439 Cujus acceptationis totum inſtrumentum vide ſis apud *Würdtwein* ſubſid. dipl. Tom. 7. p. 330. N. XLII.

b) Quod heic adtulimus, lege loc. cit. p. 389.

ſtatuit, et decernit, vt *Romanus* Pontifex, qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias *exſpectatiuas* aut nominationes nullo modo, nullaue ex cauſſa concedat; cum ipſe prae coeteris, ne ſit tantorum occaſio malorum, abſtinere debeat. Fruſtra enim inferioribus inhiberetur, ſi ipſe, qui talis aliis debet eſſe omnium bonorum et virtutum exemplar, non abſtineret. Vt enim ſanctiſſimus et doctiſſimus Leo Papa *a*) inquit, totius familiae Domini ſtatus et ordo mutabitur, ſi quod inquiritur in corpore non inuenitur in capite. Integritas enim praeſidentium, ſalus dignoſcitur eſſe inferiorum. „

Dilabente plus vno ſaeculo in idem conſenſere Patres *Tridentini. b*) „ *Decernit S. Synodus, mandata de prouidendo, et gratias, quae exſpectatiuae dicuntur, nemini amplius, etiam Collegiis, Vniuerſitatibus, Senatibus et aliis ſingularibus Perſonis, etiam ſub nomine indulti, aut ad certam ſummam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus conceſſis, cuiquam vti licere.* „ *etc.* Ex quibus omnibus ea conſectanea eſt doctrina, quo Epiſcoporum jus natiuum, ac originarium in conferendarum praebendarum Canonicalium materia reuixerit ſolum tum, quum contra Pontificum, Conciliorumque ſanctiones a Capitulis peccatum eſt. Multum

a) S. Leo in epiſt. 65. ad *Africanos* Epiſcopos, cujus initium eſt: *Quum in ordinationibus.*

b) *Tridentinum* ſeſſ. 24. cap. 19. de Reform.

tum huc ponderis adjicit ipſa *Conradi* Archiepiſcopi confeſſio, quae conlationum jura ſemper penes Capitula conſeruata, diſertis pronuntiat verbis; ac eluceſcit ex mandato ad *Iacobum* de *Nouimagio*, ſuum in ſpiritualibus *Vicarium generalem* conſignato, quo, vt in modum conferendi Canonicatus, ac Praebendas apud eccleſias collegiatas indagaret ſtudioſius, jubetur, vt ne illic aut abuſus inreperent, aut conſuetudines a recto juris tramite commigrantes pullularent; aut vt detruncarentur jam jam pullulantes. *a*) Ibi. „ Quanquam omnium et ſingulorum Canonicatuum et praebendarum ſecundariarum collegiatarum eccleſiarum intra et extra muros ciuitatis noſtrae Mogunt. Collacio prouiſio et praeſentatio et queuis alia diſpoſitio ad honorabiles Decanos et Capitula ipſarum eccleſiarum in quibus Canonicatus et praebende hujusmodi exiſtunt COMMVNITER vel DIVISIM (En iterum rationem TVRNI) de jure communi pertineant atque ſpectent „ etc.

§. LXXXIV.

IDEM PROBATVR EX IPSIS ARCHI- ET EPISCOPORVM PRIMIS PRECIBVS AD CAPITVLA FACTIS.

Subin Archiepiſcopi, Epiſcopiue ſuas interpoſuere apud Capitula primas preces pro

S 4

(*a* De anno 1417. apud Würdtvvein laudat. Tom. 2. pag. 336.

pro ſubjecto ſibi idoneo viſo, quae juribus ceteroquin Capituli ſua in integritate perſtituris nihil adferrent praejudicii, cujus argumenti indubitata ratio conuincit, ordinariam conferendarum in eccleſiis, aut Cathedralibus, aut Collegiatis praebendarum facultatem a ſede Epiſcopali ſuo modo auulſam, venerabilibus inhaeſiſſe Capitulis. Id exempli genus proditum eſt de Archiepiſcopo *Colonienſi*, preces ſuas apud eccleſiam S. *Cuniberti* ibidem interponente. *a*) „ *Wichboldus* Dei gratia Sancte *Colon.* eccleſiae Archiepiſcopus.... Cum nos alias de conſenſu dilectorum in Chriſto Decani et Capituli Eccleſie *S. Kuniberti* ... quasdam perſonas ad Canonicatus et prebendas, cum in ipſa eccleſia *Sancti Kuniberti* ad id ſe facultas offerret, nominauimus, ac ipſas perſonas tum temporis recipi ad easdem prebendas ſub quodam certo ordine fecimus, et cum authoritas ordinationis hujusmodi per eosdem Decanum et Capitulum *Sancti Kuniberti* in nos transfuſa eſſet. „ Nulla equidem heic *precum* fit mentio: atque ſolum de competente ſibi *nominatione* diſſerit Archipraeſul: Aſt, ſiue preces *jus* nominaueris, ſiue aliquam *nominandi* praerogatiuam, non admodum intereſt; Siquidem aperte diluceſcat, eam poteſtatem vltra aliquas tantum praebendas non fuiſſe pro-

a) De anno 1301. apud *Würdtwein* Tom. 9. Subſid. Diplom. pag. 68.

protractam, eamque *cum Decani et Capituli conſenſu* exercitam; reliqua videlicet facultate laudati *Capituli* nihilum laeſa; idquod ipſius argumenti noſtri ſcopus erat.

Eum in modum Mathias Archiepiſcopus *Moguntinus* antiquiſſimam laudat conſuetudinem, qua id ſibi juris ſumſere Archiepiſcopi, quo dictas primas producerent preces. *a*),, Recolende memorie ſancte *Moguntine* Sedis Archiepiſcoporum predeceſſorum noſtrorum, qui ſecundum antiquam dicte Sedis *Mogunt.* conſuetudinem apellatam hactenus et ſeruatam in ſuae creationis primordio in Eccleſia *Moguntina* ſuper prouiſione vnius Perſone habebant petere et ſine difficultate qualibet exaudiri, veſtigiis inherentes, Deuotioni veſtre pro *Thuringo* . . . de *Ramſtein* conſanguineo noſtro . . . porrigimus preſentibus primarias preces noſtras rogantes vos et attentius requirentes, quatinus Dei intuitu noſtraque contemplatione ipſum *Thuringum* in veſtrum et dicte veſtre Eccleſie recipiatis Canonicum et Confratrem prebendam ipſi tanquam alteri veſtro Canonico, ſi qua vacat, vel quoad primum ad id ſe facultas obtulerit, in dicta veſtra Eccleſia beniuole aſſignetis ,, etc. Cujus longaeuae aetatis conſuetudo profecto in ea tempora protrahenda eſt, queis Capitula bona, ac jura, a Menſa Epiſcopali ſejuncta,

S 5 ad-

a) Apud eund. loc. cit. p. 1. ſeq. de anno 1313.

Digitized by Google

adquiſiuere, atque Capitulares, ſiue primitus in communi, ſiue poſtea diuiſim victitantes, non tantum bona, ſed et jura conferendorum praecipue beneficiorum ſibi ſunt diſpertiti. Quae omnia, hisque ſimilia idem praeſtantiſſimus Praeſul ſarta, tectaque voluit circa ejusdem temporis decurſum ea ſancte adpromittens; *a*) „ quod contra electiones, diſpoſitiones dignitatum. Perſonatuum, Prelaturarum, officiorum, Canonicatuum, Prebendarum, et aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum ad dictos Prelatos vel Capitula ſeu Conuentus *COMMVNITER* vel *DIVISIM* pertinentium ad preſens vacantium vel quos ſeu quas aut que vacare contigerit in futurum nullum impedimentum per inhibitionem reſeruationem vel per quamcunque viam aliam ſiue ex quacunque cauſa praeſtabimus, quo minus hac in parte gaudeant libere jure ſuo ſibique et Eccleſiis de hujusmodi dignitatibus Perſonatibus Prelaturis officiis Canonicatibus et prebendis et aliis beneficiis eccleſiaſticis perſonis ydoneis prout eis placuerit et viſum fuerit expedire per formam electionis collationis vel prouiſionis ſeu alias quocunque modo poſſint et valeant canonice prouidere.

a) Dubitat *Wurdtwein* loc. cit. non equidem de precum interpoſitione, ſed de earundem executione, quum nequidem in Syllabo pleniori Metropolitanae eccleſiae obcurrat Nobilis de *Ramſtein*; de quo conferendus *Ioannis* Tom. 2. Rer. Mogunt. p. 387.

uidere. „ Ex verbis illis *Communiter* vel *diuiſim* non minus, ac per vltima verba cujuscunque *TVRNI* indoles, ſeu ſpecies adparet implexa, et comprehenſa.

Aliud de alio Archiepiſcopo *Moguntino* precum primariarum argumentum apud Capitulares *Francofordienſes*, quibus jura *TVRNI* competebant, eſt *Theodorici* Archiepiſcopi. a) „ *Theodoricus* Dei gratia Archiepiſcopus *Moguntinenſis*. ... Unſern grus Zuuor, Erſamen lieben andechtigen, Wir Zvvifeln nicht, uch ſin vvòl furkomen, und inſinuirt vvorden ſoliche unſer primarie preces, ſo vvir dann dem Erbern *Johann Sferber* urſerm notarien lieben andechtigen und getruvven, uff uch und uvvern ſtifft gegeben han, ſo han vvir auch verſtanden, vvie das lechſte eine Vacarie in uvver Kirchen vacirt habe, dieſalben Vicarie dann des obgenanten Johannes procuratores in ſinem abevvèſen und als er nit bynnen landes gevveſt iſt, acceptiret, und uch durch ſoliche unſer preces: und auch einem unſern betebriff daby, gutlichen erſucht und ermanet haben ſoliche Vicarie demſelben unſeren notarien für einem iglichen anderen, umb Gots und unſeren vvillen Zuliben, des Jr dann nit angeſehen, ſunder einen anderen, ane gracien und brieue Zugelaſſen und in poſſeſſion gegeben, und unſer

a) *Wurdtvvein* cit. pag. 9.

ſer preces primarias verachtet habt, des vvir uns doch in keinen vveg Zu uch verſehen hetten, vvant jr nu ſelbs vvol erkennen konnet, das uns nit geburet, ſoliche unſer preces und Friheit, die unſern Vorfarn vvir und unſer ſtifft, von alter lobelicher und bevverlicher gevvonheit und herkomen, herbracht, und biſs uff dieſe Zyt behalten han, Zu vernichten „ etc.

De *Treuirenſi* Archipraeſule ſimilia ad poſteritatem monumenta peruenere. Preces *Jacobi* Archiep: de anno 1439. ad Capitulum Eccleſiae S. *Simeonis* ibidem *Treueris* ita habent: *a*) „ Quia conſueuerunt Predeceſſores noſtri Archiepiſcopi Treuirenſes poſt ſue conſecrationis ſolennia collatoribus et Collatricibus Eccleſiaſticorum beneficiorum noſtrarum Ciuitatis et Dioceſis Treuirenſis primarias pro perſonis quas promoueri cupiebant idoneis tamen preces porrigére. . . Nos Predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inſiſtere volentes Vobis pro . . . *Johanne* de *Viuario in Nikendich* . . . rogamus quatenus eidem *Johanni* Dei precipue ac precum noſtrarum intuitu Canonicatum et prebendam in Eccleſia veſtra proxime vacaturos conferre et aſſignare et de illis ſibi prouidere velitis ſibi ſtallum in choro et locum in Capitulo cum juris plenitudine aſſignaruri. „ etc. Mira profecto ſacrorum Praeſulum in hu-

a) Idem pag. 73. ſeq. De anno 1439.

Digitized by Google

hujuſcemodi precum formula animi demiſſio, atque ſua proſequendi jura, moderamen haut leue. De precibus Epiſcopalibus primariis ante *Concordatorum* potiſſimum natalitia nihil apud Scriptores commentatum reperi; illud tamen abunde eſt exploratum, ab iisdem ſacris Praeſulibus in poſterioribus retro ſaeculis ad antiquiſſimam prouocari Anteceſſorum ſuorum conſuetudinem.

§. LXXXV.

ACCEDIT AVCTORITAS ROMANI PONTIFICIS.

Haec, de quibus antea, Capitulorum jura, ſiue quantum pertinent ad ipſam eorundem Communitatem, ſiue ſingula illius membra, ſaeculo jam tertio decimo finiente in *Libro ſexto Decretalium Bonifacii PP. VIII.*, vbi ipſe hunc librum juris publici fecerat, roborata legimus. a) „ *Mandatum Apoſtolicum tibi directum, vt T. Clerico de beneficio, ſpectante ad Collationem* Narbonen: *Capituli prouideres, beneficia ejusdem Capituli ſiue dentur in COMMVNI per ipſum, ſiue per CANONICOS ejusdem Eccleſiae SINGVLARES, vice et authoritate CAPITVLI, aut ex jure ipſius de conſuetudine, vel ſtatuto, merito comprehendit. Ad beneficia tamen ratione Dignitatum: Perſonatuum, vel Officiorum, quae nonnulli ex eisdem Canonicis obtinent in ipſa Eccleſia, ad eorundem collationem ſpectantia, mandatum hujusmodi*

a) Cap. Final. *Mandatum.* De *Praeb. et Dignit.* in 6.

modi ſe minime extendit. Idem eſſe cenſemus, ſi ratione praebendarum ſuarum ad ipſos CANONICOS collatio dictorum beneficiorum SINGVLARITER pertinere noſcatur. „ Attamen quum in citato paſſu de conſuetudine Capituli, aut ſtatuto obueniat mentio, aliud reſtat definiendum.

§. LXXXVI.

VTRVM CAPITVLA CONSVETVDINEM INTRODVCERE, AVT CONDERE QVEANT STATVTA, QVIBVS IPSA POTIRENTVR JVRE CONFERENDI BENEFICIA, ATQVE ERIGENDI TVRNVM?

Dubitandi ratio facile cujuslibet valet menti obuenire ex ſupra productis, quibus omnium beneficiorum conferendorum facultatem Epiſcopis vindicabamus (§§. 4. 5. ſeq.) vſque ad *Crodegangi* tempora, quo potiſſimum Authore Vita Clericorum communis amicabili vbique hoſpitio recepta eſt. Inde autem eorum beneficiorum, praebendarumque, quae Clericis in modum *Fratrum* conuiuentibus ſubpetebant, aliam ea diſciplinae eccleſiaſticae portio induxit formam: et nequaquam ſolius tunc Epiſcopi erant partes in hujusmodi Canonicorum ſuſceptionibus, Canonicatuumque conlationibus, de quo (§§. 69. 70. ſeqq.) per plura vagati ſumus ſaecula. Altius etenim tunc eluctabantur jura Capitulorum; atque vt communis tenet ICtorum doctrina,

ad

ad ſolum non amplius Epiſcopum adtinebat praebendarum in eccleſiis potiſſimum Cathedralibus conlatio; id quod probant Documenta luce meridiana clariora (§. 81. ſeq.) a nobis adducta. Ægre *Alexander* III. tulit, ac nullius roboris eſſe voluit Patriarchae *Hierosolymitani* minus conuenientem agendi rationem, qua miſſo, ac flocci habito Canonicorum conſilio eccleſiaſticas inſtitueret, deſtitueretque Perſonas. *a*) „ *Nouit tuae Diſcretionis prudentia, qualiter Tu, et fratres tui vnum Corpus ſitis, ita quod tu Caput, et illi membra eſſe probantur. Vnde non decet te, omiſſis membris aliorum Conſilio in Eccleſiae tuae negotiis vti: cum id non ſit dubium, et honeſtati tuae, et ſanctorum Patrum inſtitutionibus contraire. Innotuit ſiquidem auribus noſtris, quod Tu ſine conſilio fratrum tuorum CANONICORVM S. SEPVLCHRI Abbates et Abbatiſſas, et alias eccleſiaſticas perſonas inſtituis, et deſtituis. Ideoque id Auctor. Apoſt. prohibemus. Nos enim tales inſtitutiones et deſtitutiones carere decernimus robore firmitatis.* „ Multus ac copioſus eſt Legum eccleſiaſticarum periſſimus *Barboſa* in definiendis tum Epiſcopi, tum Canonicorum, ſiue Cathedralium, ſiue Collegiatarum iurium limitibus, atque dum ſtatuerat, *prouiſionem praebendarum* in Cathedralibus eſſe ſimultaneam Epiſcopi, et Capituli, Eccleſiae Collegiatae praebendas, adſerit, ſpectare ad electionem et praeſentatio-

a) Cap. *Nouit* 4. *de his quae ſunt a Prael.*

tationem Praelati inferioris, et Capituli ejuſdem Eccleſiae Collegiatae, et ad Inſtitutionem, ſeu Confirmationem Epiſcopi de jure Communi *a*) quem in finem extenſum adjicit Authorum Elenchum. Aſt non ſatis foecunda eſt haec ſua *Minerua* in *Germania* noſtra, in qua ſpecialibus, particularibusque conſuetudinibus, ſtatutis, pactis, Receſſibus illa jura ita determinata ſunt, vt continuo alia et alia aliis et aliis in Eccleſiis obſeruantia vigeat, ac conferendarum praebendarum, Dignatum, Officiorum, Perſonatuum mira viciſſitudo, quam vt decempedam reſpiciunt Conlatores; quaeque, velut toto hoc Capite ſtabilire adlaborauimus, ipſo jure communi firmata ſunt. Attamen et ipſemet *Barboſa*, vt, quod res eſt, fateamur, nec ejuſcemodi obſeruantias ita reprobat, quin non calculum ipſe ſuum quoque adjiciat. *b*) „ Verum licet, vt ſupra diximus, ex communi Doctorum reſolutione praebendae in Cathedralibus ſint ſimultaneae collationis Epiſcopi, et Capituli, et in Collegiatis ad Capitulum ſpectet electio, ſeu praeſentatio, et ad Epiſcopum confirmatio, ſeu inſtitutio; conſuetudine tamen, ſeu praeſcriptione, vel ſtatuto poteſt contrarium introduci, videlicet, quod vel ad ſolum Epiſcopum

a) *Barboſa* de *Canonicis* et *Digint.* cap. 14. per totum.

b) Idem loc. cit. n. 20.

copum ſine Capituli Conſilio, conſenſu, vel interuentu, ſeu alio miniſterio ſpectet... Vel e conuerſo ad ſolum Capitulum... Vnde ſi ſoli anonici irrequiſito Epiſcopo conſueuerunt eligere, Epiſcopus autem confirmare, ſeu inſtituere, valet conſuetudo. *a*)Et contra ſi ſolus Epiſcopus irrequiſito Capitulo conſueuit conferre, ſeu eligere, valet conſuetudo ad excluſionem Capituli. *b*) At quia conſuetudo in iſtis praebendis Collegiatis repugnat juri communi, in vtroque caſu debet eſſe legitima, probata, et praeſcripta. *c*) Et praeſcripta conſuetudo dicitur, jure Canonico attento, quae obſeruata fuerit non minore ſpatio quadraginta annorum... Non requiritur, quod ſit obtenta in contradictorio judicio, ſed ſolus vſus quadragenarius ſufficit... Ad inducendam conſuetudinem non requiritur aliquis titulus coloratus, cum ſufficiat ſolus vſus. „ Hactenus *Barboſa*. Si igitur verum eſt, vt tamen eſt veriſſimum, conſuetudines introduci poſſe, et certa figi ſtatuta; quis mente nutabit de *Capituli* circa erigendum TVRNVM, et beneficia in eo conferenda poteſtate?

a) Textus expreſſus in cap. *Cum Eccleſia Vulterana* 31 *de Elect.*

b) Cap. Ea, *quae noſcitur*. 6. De *his, quae fiunt a Prael.*

c) Cap. *Cum eccleſia Sutrina* 3. de *Conſ. praeb.* et cap. final. de *Conſuet.*

§. LXXXVII.

AN, ET QVALITER CAPITVLA STATVTA CONDERE QVEANT.?

I. Quemadmodum ipſa Reſpublica, ita communitas, vel vniuerſitas in *ſacram*, ſeu *eccleſiaſticam*, et *profanam*, ſeu *ſaecularem* diſpeſcitur. Miſſas heic facimus *profanas*, fini a nobis praeſtituto nihil deſeruiens, de eccleſiaſticis diſſerturi. Dicuntur vero iſtae, quae perſonis conſtant eccleſiaſticis, atque in ſtatu duntaxat eccleſiaſtico deprehenduntur: velut coetus Epiſcoporum et fidelium, Abbatum et Monachorum, Abbatiſſarum et Monialium; etc. ad quorum claſſem congregationes quoque Clericorum, perſonarum miſerabilium etc. reducendas, nouimus. Hae vero ſocietates etiam eccleſiaſticae, quod quaelibet in certum finem ſibi praeſtitutum, diſparatis tamen mediis, tendat, diſparatiſſimae quoque ſunt indolis, ac naturae. Alia eſt, quae pollet auctoritate legislatiua v. g. Papa et concilium generale totius eccleſiae intuitu: Epiſcopus in ſua dioeceſi, quorum vterque ſuprema *reſpectiue* vtitur poteſtate: alia hac poteſtate manet deſtituta.

II. *Statutum* acceptum in genere a *ſtatuendo* nomen ſortitum eſt, atque eo ſenſu leges cunctas, conſtitutiones, ac conſuetudines deſig-

deſignat. *a*) Proprius autem *ſtatutum* ad peculiares certorum locorum, aut perſonarum ordinationes reſtrictum manet juxta illud. *b*) „*Licet R. Pontifex* (*qui jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere*) *conſtitutionem concedendo poſteriorem, priorem, quamuis de ipſa mentionem non faciat, reuocare cenſeatur: quia tamen locorum ſpecialium, et perſonarum ſingularium conſuetudines et STATVTA, cum ſint facti, et in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare* „ *etc.* *Germanice* ſonat **Willkühr, oder ein nach Willen und Gutgedünken erkohrnes Recht.** *c*) Igitur omnia communitatum ſtatuta aeque, ac obſeruantiae a legibus et jure non ſcripto id proprii habent diſcriminis, quod Leges a ſuprema *reſpectiue* ferantur poteſtate: *Ius* autem *non ſcriptum* a toto populo, vel omnibus et ſingulis (*entitatiue*) ſiue potioribus, qui totum repraeſentant (*repraeſentatiue tali*) introducatur, vniuerſamque rempub-

 licam

a) L. *Pronuntiatum* 46. ff. de V. S. „ Pronuntiatum et ſtatutum idem poteſt. Promiſcue enim et pronuntiaſſe et ſtatuiſſe ſolemus dicere eos, qui jus habent cognoſcendi. „ L. *Formam* 2. C. de *officio praefati praetoriorum et Ibyrici.* „ Formam Praefecto Praetorio datam etſi generalis ſit, minime legibus et conſtitutionibus contraria; ſi nihil poſtea ex auctoritate mea innouatum eſt. „ Ita *Alexander* imperat.

b) Cap. *Licet.* 1. P. de conſtitut. in 6.

c) Conf. *Vnger* tract. jurid. circa obſeru. et ſtatut. art. 2.

licam ceu *ſtrictum jus* deuinciat, ac obliget. Dum econtra *ſtatuta*, aliaeque id genus ordinationes, aut conſuetudines particulares ab inferioribus, ac ſubditis, qua talibus, poteſtate legislatoria deſtitutis promanent; atque certarum ſolummodo de populo perſonarum vſu, ac moribus naſcantur, easque non niſi in vim *pacti expreſſi*, vel *taciti*, concurrentibus requiſitis, obſtringant. Talia vero ſtatuta, promiſcua porſus ratione inuecta, nil roboris aut firmitatis complectantur; ſed inter materiam eorum, ac objectum probe diſcernendum ſit: Vtrum videlicet Eccleſia, piumue Corpus, accedente totius Communitatis *entitatiue*, vel *repraeſentatiue* talis legitimo conſenſu ſtatuta condat aliqua, eaque rite promulget, ita equidem, vt nec juri Naturae, nec Legibus diuinis, aut eccleſiaſticis repugnent, nec extra poteſtatis ſuae ſphaeram exorbitent; quo caſu in vicem legis, ſi tamen ita loqui fas eſt, particularis, hoc eſt, in vim pacti, ſingula illius Communitatis, quam *ſtatutum* ſpectat, membra obligabit eatenus, quatenus ab Epiſcopo, aut Pontifice, ſiue *generaliter*, ſiue *ſpecialiter, tacite*, ſeu *expreſſe* confirmatur: *ſtatuta* namque aliquid praecipiendo, adprobando, prohibendo, leges imitantur; atque inde eſt, quod a Communitate, quae Poteſtatis legislatiuae eſt incapax, absque generali, ſeu tacito ſaltim legislatoris conſenſu fieri nequeant. Si

vero,

vero, quod admodum frequens haut eſt, ipſemet ſuperior illud vt normam vniuerſalem actionum ſubditis praeſcriberet, legis proprie talis naturam induere, jure adſeuerari poſſet.

III. Quae modo in medium a nobis producta ſunt, legibus etiam Canonicis, imo *Germanicis*, iisque publicis adſerto noſtro ſubfragantibus, firmantur. Audiamus *Innocentium* III. PP. *a*) „ *Ad audientiam noſtram peruenit, quod Trecenſes Canonici nouum fecerint in Trecenſi Eccleſia conſtitutum, vt eis tam in praeſentia, quam in abſentia reditus ſuos ex integro percepturis, qui in eadem Eccleſia poſt illam Conſtitutionem fuerunt, vel de coetero fuerint inſtituti, reditus in abſentia non percipiant, ſed tunc ſolum, cum fuerint reſidentes: Cum ſecundum Trecenſis Eccleſiae conſuetudinem omnes in hoc conſueuerunt eſſe pares... Mandamus, quatenus antiquos Canonicos junioribus, et juniores in perceptione fructuum .. coaequatis antiquis ſecundum priorem conſuetudinem vſque ad tempus praedictae Conſtitutionis ſeruatam, vel ſecundum rationabilem Conſtitutionem in poſterum obſeruandam.* „ Quantum ad *Germaniam*, Pax *Wca* definit: *b*) „ In omnibus Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, et reliquis fundationibus immediatis jura eligendi, et poſtulandi juxta cujusque

a) Cap. *Cum omnes* 6. de *Conſtitut.* de anno 1198. Confer. etiam cap. *Cum Ferrarienſis* 9. Eodem cap. *Licet* vn. eod. in 6. et alibi.

b) Articulo 5. §. 16. I. P. O.

juſque loci conſuetudines, et STATVTA ANTIQVA illibata maneant, quatenus illa Imperii Conſtitutionibus ſunt conformia. „ Concordat Capitulatio nouiſſima Auguſtiſſimi Imperatoris *Joſephi* II. *a*) quo in loco expreſſis cauetur verbis, ne jura conlationum per *ſtatuta* firmatarum peſſumeant.

IV. Vt vero rite, ac firmiter *Capitula* ſtatuant, requiritur *imo.* Vt Canonici omnes, ſiue praeſentes, ſiue abſentes, qui jure gaudent ſubfragii, conuocentur. Abſentium tamen conuocandorum nulla eſt neceſſitas, niſi quibus in negotiis ſpecialibus id cautum eſt ſanctionibus: velut *Primo* accidit in *Electionibus*; *b*) alioquin vnus, qui vocandus fuerat, contemtus, ſeu non vocatus, reclamare, actumque redigere poſſet in irritum, ni pacis amore conniuere mallet. *c*) *Secundo.* In receptione Canonicorum, aut beneficiorum conlatione. *d*) *Tertio.* In aliis cauſſis majoribus,

a) Artic. 14. §. 1. Wir ſollen und wollen auch... daß .. eines jeden Ertz und Biſchoffen, oder deren Dom-Capitelen abſonderliche priuilegia, hergebrachte STATVTA und Gewohnheiten allerding beobachtet; und dagegen durch unformliche gracien, Reſcripten .... in keine Weiß gehandlet werden. Conferatur etiam §. 3. loc. cit.
b) Cap. *Quia propter* 42. de *Elect.* §. 1.
c) Cap. *Bonae memoriae* 36. de *Elect.*
d) Cap. *Cum in eccleſiis* 33. de Praeb. et dignit. in 6. Niſi conſuetudo habeat, eos ad talia non vocari.

bus, ac ſumme arduis. *a*) *Quarto.* Adtendendae heic vt plurimum ſunt Eccleſiae Conſuetudines. *b*) *IIdo.* Neque inlotis manibus negotia iſtiusmodi ſunt tractanda, ſed *Capitulariter.* Hoc eſt: in Capitulo congregato, non quouis in loco, ſed in Domo, ſeu Conclaui ad Capitulum celebrandum deputato: **die Capitul-Stube:** Canonicis non quomodocunque modo, vel ſingulariter, ſed *ad modum vnius Communitatis* praeſentibus. Quae Conuocatio a *Decano* potiſſimum fit *ſtatis temporibus*, vel etiam *extraordinariis* pro re nata, attamen non in conſuetis; et quidem vel ſono *Campanae*; *c*) vel voce viua, vel epiſtolis etiam, ſi qui abſuerint Canonici, aduocandi. Proinde non valerent illa, quae ambitionem, odium, vindictam, intereſſe priuatum, aliudue praetenſae virtutis inuolucro palliatum ad ſectum potius, quam charitatem Dei, et proximi, ac bonum ſuae Eccleſiae pro ſcopo haberent, quem reſpicerent. *IIItio.* Sanciri ea debent a majori, et ſaniori Canonicorum praeſentium parte, ſi de juribus et obligationibus agatur Capituli. In dubio purioris vitae laus cum pluribus eſſe creditur; adeoque *major* pars *ſanior* etiam eſſe cenſetur. Quodſi vero de morum

a) Cap. *Quamuis* ſuper 8. de offic. ordin. in 6.
b) Conf. de *Riegger* Iuriſp. Eccleſ. part. 3. §. 256.
c) Cap. *In cauſſis* 30. de *Elect.* „ Subſequenti die campanam pulſari fecerunt (ſicut moris eſt) ad Capitulum congregandum, „

corruptela, vel ſiniſtriore quodam animi adfectu apertis conuincantur argumentis, non tantum reliqui omnes, ſed vnus etiam et vnicus reſiſtere, rem ad Superiorem deferre, et perperam geſta deſtruere poteſt; ſanioris enim partis gloria et praerogatiua in eo eſſe, videtur. *a)* Sin autem de juribus res ſit ſingulorum, omnium ſubfragia expoſtulanda ſunt. *b)* „ Omnium quoque Canonicorum conſenſus requirirur, ait *Barboſa c)* quando negotium ſingulos concernit Canonicos ſeparatim . . . ſufficit enim vnius contradictio in his, quae competunt jure ſingulari, ſeu quando de ſingulorum judicio ſingulariter agitur. Secus eſt, ſi tantum ſecundario: nam eodem

a) Vide de *Riegger* cit. §. 259. qui addit. „ Et vero cum pluralitate capitum non ſemper aequitatem cauſſae ſtetiſſe; ſed non raro libertatis ſtudium, taedium diſciplinae, quaeſtum, et turpe lucrum praeualuiſſe nemo facile negaverit. „ *Tridentinum* Seſſ. 24. cap. 14. de *Reform. mandat Epiſcopis, vt . . . . diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus . . . . cognoſcant, et illis tantum, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas . . . . reſpiciant, et aboleant.* „ De majori et ſaniori parte vide cap. *cum in cunctis* 1. Cap. *Ex parte tua* 4. *De his quae fiunt a majori etc.*

b) Cap. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari 29. de R. I. in 6.

c) *Barboſa* de Canonic. et dignit. cap. 38. n. 13. Conferri quoque poteſt de *Riegger* loc. cit. et ſeq.

dem modo citatio ejus, cujus principaliter intereſt, eſt neceſſaria, non autem illius, qui in conſequentiam laedi poteſt. „ *IVto.* Volunt quoque duas ſaltim Capitularium partes adeſſe debere. Iſta ſolum eſt Legum *Romanorum* diſpoſitio, dum de Ciuitate, Curia, ac Decurionibus ſtatuunt: *a)* neque ex *Jure eccleſiaſtico* textus, qui loqueretur clare, proferri valet. Plus ego conſuetudini, ac praxi Eccleſiarum arbitror tribuendum. Illud tamen haut inuitus largior, vt factum legitime, ac valide ſtatutum reuocetur, ea requiriri omnia, quae ad illud primitus conficiendum poſtulata fuerant. *b) Vto.* Quodſi de inuiolabili ſimilium ſtatutorum obſeruantia a Canonicis juramentum exigi ſoleat, ac praeſtari, illud ad arctiorem quidem vrget obligationem: minime vero eo id ſenſu expoſtulari arbitreris, ac ſi ſingula Capituli membra, illo praeciſo, ſtatutorum hujusmodi obſeruantia necdum ligata forent.

CAPVT XII.

Quid igitur rei *TVRNVS* ſit, et quotuplex? Quidque nunc ſint Praebendae ac beneficia, circa quae potiſſimum *TVRNVS* verſatur?

 ARGV-

a) L. *Nulli* 3. et L. *Plane* 4. ff. *Quod cujuscunque Vniuerſit. Nom.*

b) Barboſa laudatus cap. 38. n. 16.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Paragraphus 88. Quid rei ſit Turnus?

89. Quotuplex ſit?

90. Quid ſit Praebenda et quidem ab origine ſua?

91. Quid ſit Praebenda a Caroli M. tempore?

92. Quid nunc ſit Praebenda?

93. Quid modo ſit beneficium?

§. LXXXVIII.

QVID REI SIT TVRNVS?

TVRNVS, ſi ſecundum vocis *Etymon* judicamus, ordo eſt, quo quisque vice ſua quidpiam peragit. *a*) Quum vero Scriptionis noſtrae argumentum eo potiſſimum collimet, quo modo, ac Ordine *Capitulares*, quorum eſt beneficia conferre (velut in ſubſequentibus frequentiſſima ſeſe ingerent exempla) ſua ſiue Praebendis, ſiue beneficiis denominent ſubjecta, quibus de iisdem, ratione per ſacros Canones conſtabilita, prouideatur. Nemo vero earum praebendarum ac Canonicatuum conferendorum poteſtatis *in regula* erat capax *b*) extra Eccleſiarum, ſiue

a) Chacum a ſon tour. Heinc apud *Lobinellum* Tom. 5. Hiſt. Paris. p. 138. Col. 1. *Capellani Canonicorum ad ſuae Turnum hebdomadae ad totum teneantur ſeruitium.* i. e. Quod Itali interpretantur, l'un dopo l'altro. Latinos *Turnum*, voculam a *tornare*, et Gallos ly *tour* a *torner* tanquam radice extornaſſe, atque ſubfuratos eſſe, haud abs re quis valet exiſtumare.

b) Videatur caput undecimum antecedens per totum.

ſiue Cathedralium, ſiue Collegiatarum Capitula, penes quae tamen non idem tenebatur modus. Praelatura in iisdem, vt *Praepoſitura*, *Decanatus* etc. electionem plerumque expoſcebant. *a)* *Canonicatus* vero, et *Praebenda*, quae ea dignitate, Perſonatu, aut officio carebat, per vices alternantes, ac ſucceſſiuas *Capitularibus Canonicis* obueniebat ita, vt ad eam ſeruato, ordine nominarent. Atque ordo ille, qui quemlibet adtingebat Canonicum, *TVRNVS* compellabatur. Aliud etiam temporis expoſtulat ratio, qua cujuscunque *Capitularium* jura, ad beneficia nominandi, inchoentur, ac terminentur. De quo mox plura.

§. LXXXIX.

QVOTVPLEX SIT?

Non eſt autem *TVRNVS* iſte vnus, idemque; ſed alia et alia tum beneficiorum, tum praebendarum indoles exigit, vt modo vocemus *TVRNVM MAJOREM*, modo *MINOREM*, modo *FIXVM*, modo *ERRANTEM*. Temporis ſimiliter ratio habenda eſt, quo *Capitularibus* certi ſunt praeſtituti dies, aut menſes per anni decurſum, intra quos, ſi Canonicus, vel beneficiarius vita deceſſit ſua, *TVRNARIVS* eo tempore praeſigna-

a) Heic potiſſimum ad cujuslibet eccleſiae priuilegia, ſtatuta, conſuetudines reſpiciendum, ut per decurſum palam fiet.

ſignatur, aut conlocatus ad Canonicatum, vel praebendam vacantem queat quem pro arbitrio, dummodo dignus extiterit, denominare. Ac inde *TVRNVS ERRANS* ſuam nactus eſt compellationem. Quadruplicis igitur potiſſimum eſt generis Capitulorum *Turnus*, *Major*, *Minor*, *Fixus*, *Errans*. *Turnus major* circumſcribi valet, quod ſit ille ordo, *a Capitulo* praeſtitutus, ſecundum quem *beneficia majora*, Canonicatus videlicet, ac Praebendae *Capitulares* a ſingulis Canonicis conferuntur. Quanquam vero nullatenus diffiteamur, majorum praebendarum nomine Praelaturas quoque, Dignitates, Perſonatus, Officia venire, circa easdem tamen plerumque a Capitulis conſtitutum nouimus, vt, velut etiam, ſacri ſubin praecipiunt Canones, ob muneris excellentiam in iis praeminentem, ac in rerum praeclare agendarum arduitate requiſitam dexteritatem, ac peritiam via potius ſubintrat electionis. Id quod ſaltim in Eccleſiis Cathedralibus *Germaniae* communius fieri nouimus quoad Dignitates Praepoſiturae, et Decanatus. Ad Decanos videlicet cura diſciplinae, Cleri praeprimis Cathedralis pertinet. Eadem illud ratione obſeruatur apud Eccleſias Collegiatas, quantum adtinet ad Dignitatem *Decani*. *Praepoſiti* vero, velut olim totos ſe rerum temporalium curae mancipauerant, ita et nunc ab omni ea ſolicitudine non penitus ſunt abſoluti in Eccleſiis Cathedra-

Digitized by Google

thedralibus. *Turnus* itaque etiam *major* eſt ſimplex priuati cujusdam *Capitularis* nominatio, quae vltra ſimplicium Canonicatuum, et praebendarum conferendarum limites non exporrigitur. Particularium quarumcunque Eccleſiarum heic ſtatuta ante oculos ponenda, et quaſi praebendarum, Canonicatuumque diſpertiendorum norma inſpicienda ſunt.

Turnus minor itidem eſt ordo, ſingulis competens *Capitularibus*, quo illi ad beneficia minora, Vicarias videlicet, Capellas, aetaria etc. ſuis vicibus nominant.

Turnus Fixus eſt ordo ita ſtabilis, atque vnius poſt alterum ex ordine ita nominat ſucceſſiue, vt poſterior ante antecedentem nominare haut poſſit: neque reſpiciatur ad certum menſem, vel dies, quod tamen fit in *Turno errante*; ſed e. g. Senior ita nominat, vt eundem ſubſequens quocunque demum menſe, vel tempore nominare nequeat, niſi ille ſuis antecedenter vicibus non fuiſſet defunctus.

TVRNVS ERRANS eſt idem ille ordo, certae tamen, fixaeque temporis, dierum, menſium menſurae, ac curriculo adfixus, ad cujus auſpicium jura Canonicorum ſingulorum inchoantur, atque ad ejusdem terminum finiuntur, aut ſi magis pro certo temporis interuallo ſopiuntur, ac dormiunt, vt denuo

denuo incipiant. *Turnus fixus* et *errans* tum *Turnum Majorem*, tum *Minorem* in ſe complectuntur.

Clariorem hanc in rem effundent lucem exempla capitibus ſequentibus adponenda: neque permittemus eam, qua opus eſt, *Turni renouationis*, vt ajunt dilucitationem. Trahi huc poſſent, ita vocatae, *NOMINATIONES VTILES*, vi quarum *Capitulares Turno* inſcripti, vel ſuccedentibus vicibus vel ſimul et ſemel, vna eademque hora, prout fert arbitrium, Candidatos vtiliter nominare poſſunt ad Canonicatus ſuo tempore vacaturos. Qui ſic *vtiliter* nominauit, ſuo vſus eſt jure, licet *nominatio* deſtituatur effectu. Si v. g. nominatus morte praeripiatur, aut operam et mentem ſtatui Clericali mancipare nolit, atque animo *clericandi* exciderit. etc. Quae eaedem nominationes ſecundum ordinem *TVRNARIORVM* alicubi ad effectum deducuntur. Aſt manum de tabula, ne fors inlotis manibus, pedibusque incidamus. *a*) Quemad-

a) De nominationibus vtilibus adpromiſſa eſt a Cl. D *Dürr* Diſſertatio in Tomo 5. Cl. D. *Anton Schmidt* p. 250. Aſt ad manus meas nondum peruenit. Illae in aliquibus duntaxat eccleſiis, vt *Moguntina*, teſte *Würdtvvein* ſubs. Diplom Tom. 1. p. 109. inualuere; Aſt Roma fors haut parum inuita. Noſtrum non eſt earundem vindictas adornare; aut vtrum ad claſſem *exſpectatiuarum* omni juris rigore interdictarum reuocandae ſint, diſcutere.

Quemadmodnm vero non ſubeſt *TVRNO DECANATVS*, ita nec *PRAEPOSITVRA*, ob eandem ferme rationem. Non leuis quidem momenti inter ICtos *Germanos* verſatur controuerſia: Vtrum praepoſiturae dignitas reſeruationi Papali ſit obnoxia, quod dubitationis genus ingerit textus *concordatorum*: „ *Majoribus dignitatibus poſt Pontificales in Cathedralibus et Principalibus in Collegiatis* exceptis de quibus jure ordinario prouideatur per illos *inferiores ad quos alias pertinet.*„ Ex recentioribus *Barthelius a*) eam dignitatem ab ejuscemodi reſeruatione praetendit immunem, tum ob naturalem ſenſum verborum, tum quod ea reſeruatio non habeatur in *concordatis conſtantienſibus*, quae baſis ſint hodiernorum: nec in *Conſtitutione Martini* V. *b*), qua formula generalis adumbrata eſt: tum quod vix annis decem ab initis *concordatis* tres Electores Eccleſiaſtici reſtiterint; quum a Pontifice *Æneae Syluio* commendarentur praepoſitura *Vormatienſis* Cathedralis, et Collegiata *Xantenſis*: tum quod hujusmodi reſeruationes inde vsque ab eo tempore in grauaminibus *Friderico* III, Maximiliano I, Carolo V. a Natione *Germanica* oblatis nunquam non comprehenderentur.

Aſt

a) *Barthelius* de Concord. German. Diſſ. 3. cap. 2. §27. ſeqq.

b) Die 21. Martii 1418. Conf. *Harzheim* Tom. 9. CC. G. pag. 177.

Aſt fors melius ad obſeruantiam reſpiciendum; a) Qnid in eccleſiis *Bambergenſibus* vſuuenerit, infra oſtenſum ibimus.

§. XC.

QVID SIT PRAEBNDA, ET QVIDEM AB ORIGINE SVA?

Praebendae vocabulum ab vſu ſaecularis militiae ad eccleſiaſticam eſt translatum; nam et militibus diſtribuebantur, et praebebantur eſculenta, poculenta, veſtes, pecuniae. *Caſſiodorus* inquit. b) „ *Ducibus ac praepoſitis ſufficientem tranſmiſimus pecuniae quantitatem, et eorum praebendae, quae non potuerunt conuehi, ibi debuiſſent ſine alicujus diſpendio comparari.* „ Eo vocabulo vſus videtur *Gregorius* c) „ Tempore, quo fraternitas tua ad Epiſcopatus officium Deo auctore prouecta eſt, conſtituiſſe nos recolit, vt ex pecuniis Eccleſiae veſtrae portio Cleri, vel pauperum, quam minime deceſſor veſter *praebuerat:* id eſt; quadringendi ſolidi ſeorſim fieri debuiſſent, qui ejusdem Cleri, atque pauperum erogationi proficerent: quod quia diutius non eſt differendum, volumus vt ſecundum diſtributionem praeſentibus ſcriptis

a) Ita notat Cl. D. Anton. Schmidt Inſtit. eccles. part. 2. cap. 1. Sect. 3. Art. 2. §. 64.

b) *Caſſiodorus* Var. lib. 3, ep. 42. apud *Thomaſſinum* part. 3. l. 2. cap. 160. n. 1.

c) *Gregorius* Lib. 9. Indict. 4. ep. 29. ad *Paſchaſium* Epiſcop. *Neapol.*

tis inſertam coram *Anthemio* Subdiacono noſtro ſine difficultate aliqua debeat erogare. *PRAEBENDI* ſunt itaque Clericis viris per ſingulos, ſicut conſpexeritis: ſimul omnis ſumma ſolidi centum praejacentibus ,, etc.

§. XCI.

QVID SIT PRAEBENDA A CAROLI M. TEMPORE?

Diſcrimen *praebendam* inter et *beneficium*, ex quo vtriusque dignoscitur indoles, perſpicuum quoque fit ex Caroli M. *Capitularibus*: vbi vetantur, qui ſuſtentare ſe poſſent fructibus beneficii ſui, vllam partem adtingere earum diſtributionum, quae alendis pauperibus dicantur: Cui decreto, ſi obluctentur, iis et *beneficia* auferantur, et *praebendae*. *a*) ,, Volumus, atque praecipimus, ſicut Synodali, atque Canonica authoritate a Paſtoribus ſanctae eccleſiae ſaepiſſime admoniti ſumus, vt Canonici Clerici, qui in ciuitatibus, vel in Monaſteriis degunt, qui beneficia habent, vnde victum et veſtimentum habere poſſunt, vt his juxta *Apoſtolum*, contenti ſint, et ſtipendia fratrum, vnde pauperiores et hi, qui aſſidue in praedictis locis Domino famulantes excubant, atque ibi aſſiduum diuinum expellerit officium, vitam ſuſtinent, nequaquam aſſumant,

a) In *Capitularibus* Regum Francorum addit III cap. 76. edit. Paris. de anno 1640. ap. Pelé.

aut in ſuis vſibus conuertant: ſcimus enim, quia absque periculo atque diſpendio animarum ſuarum hoc nullatenus facere poſſunt. Siquis haec ſtatuta contemſerit, vtrisque careat, id eſt, et *beneficio*, et *praebenda*; atque ſi gradibus fruitur eccleſiaſticis, ipſis priuetur. „ Concordat *Crodegangi* regula. *a*) Per *praebendas* autem heic ſubintelligi diſtributiones illas manuales, in aprico eſt.

Poſt ea tempora, dum vitae communis ſuperinductae diſciplina fuit antiquata, nunc ſupereſt nomen *praebendae* in illa ſiquidem Canonici a ſaecularibus negotiis, et bonorum adminiſtratione ſemoti erant. Adminiſtrabantur autem *a praepoſito Aduocato*, *Cellario*, diſtribuebanturque ſingulis, ac neceſſaria pro victu et veſtitu praebebantur. Ex quo vitae genere nomen remanſit *Praebenda*, quam, vt olim fuerat, *Cabaſſutius* curatiſſime exponit.

„ Liquet *b*) non ſolum in Eccleſiis, quae ſaeculares vocantur, verum etiam in Monaſteriis diſtinctos jam tunc extitiſſe *Beneficiarios* a *Praebendatis*. *Beneficiarios* quippe fuiſſe Officiales amplioris prae ceteris dignitatis, et gradus,

a) Regula *Crodegangi* in Concil. *Aquisg.* de an. 816. firmata, praecipue cap. 120.

b) *Cabaſſutius* ad cit. mox cap. 120 in Notit. eccles. pag. 388. Citat ille ex *Capitulari* Capitulum 112.; mihi tamen loc. Sup. cit. in Addit. III. eſt cap. 76.

gradus, quibus villae, ac praedia titulo beneficii, et officii ſui erant adfectata, vt ex eorum cultura prouentus ad vitam commodius tranſigendam perciperent; adeo, vt nihil ipſis opus eſſet, a communibus Monaſterii prouentibus quidquam decerpere, quibus ceteri Fratres choro addicti, aut Eccleſiae, vel Monaſterio, quotidiano labore famulantes, alebantur, tum ex menſa communi, tum ex modicis, quae ipſis adtribuebantur, ſtipendiis. Haec vero ex Communitate ad victum et amictum conlata ſtipendia dicebantur PRAEBENDAE, atque etiam (vt in priſcis quibusdam chartis, ac inſtrumentis ſcriptum legimus) PROVENDAE. Eodem refertur, quod proxime ſequitur *Capitulum*; a) *quod habet Eccleſia, vel Monaſterium, cum omnibus nihil habentibus habet commune, nec aliquid inde ex eis, qui ſibi de ſuo ſufficiunt, conuenit erogare, quando nihil aliud ſit, habentibus dare, quam perdere.* „ Cui adjungo Capitulum aliud: b) *Nec illi, qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo, vnde pauper victurus erat, accipiunt.* „ Pergit *Cabaſſutius.* „ His Canonibus reprimitur Clericorum, et Monachorum beneficiatorum auaritia, qui omne laborum, et miniſteriorum pondus ſuſtinebant, aliquid demere, ſibique adſerere, praeſumebant ad PROVENDATORVM, ſeu PRAEBENDATORVM

a) Capitulum ap. eundem 113.; mihi 77.
b) Capitulum mihi 78.

TORVM diminutionem, quibus tenuiores parcius alebantur. Haec ſcite obſeruat *Baluſius*.

§. XCII.

QVID REI NVNC SIT PRAEBENDA?

Reſpondemus cum *Barboſa. a)* Praebenda *eſt jus ſpirituale, recipiendi certos prouentus in Eccleſia, cui praebendatus deſeruit, competentes ex officio diuino, tanquam viro de Collegio.* Diſparatam a *Canonia* habet indolem. „ *Canonia* ſiquidem *b)* eſt jus ſpirituale, per quod quis habet non ſolum ſtallum in Choro, et locum, ſiue vocem in *Capitulo*, quae ſunt propriae, et particulares praerogatiuae Canonici; verum etiam jus ad *praebendam*, et facultatem, actu percipiendi diſtributiones quotidianas, niſi ignorantia Cantus, vel ſimile quid obſtet. *Canonicatus* itaque eſt jus, habendi ſtallum, et locum in Choro ad cantandum, ac vocem in *Capitulo*, proueniens ex receptione, et electione in fratrem. „ Duo etenim diſtincta in Canonicis ſuſpicimus jura. *Canoniae* videlicet et *Praebendae*. Haec vltima ex *Canonia* ſuum habet ortum. Definitio modo narrata Canonicis *Capitularibus* duntaxat eſt adplicanda. Cognitum ſiquidem omnibus eſt, eam in toto Praebendae *Domicellarium*, aut *Canoniae in herbis*, vt ajunt, vel *honorariae* haut competere:

a) *Barboſa* de Canon. et Dignit. cap. 12. n. 2.
b) Idem loc. cit. n. 1.

petere: atque in Eccleſiis, vbi praebendae ſunt *domicellares*, quamuis qui per *TVRNVM* vocent ad *praebendam*, ſoli ſint *Capitulares*, non tamen nominant, niſi ad *praebendam* minorem, ſeu *domicellarem*; quum nemo vnquam per ſaltum euadat *Capitularis*. Interim de praebendarum varietate apud *Germanos* noſtros vſitata, eo loci nunc non eſt, vltro peruagari; ſiquidem ſat amplus ille campus ſit, atque vberrima pertractandi ſeges.

§. XCIII.

QVID MODO SIT BENEFICIVM?

Ab operis ſtatim ingreſſu de generali *beneficii* notione, ac indole pertractauimus. (§. 1. ſeq) Quid nunc ſit rerum apud *Canoniſtas*? Reſponſio eſt: Beneficium eccleſiaſticum in hodierna Diſciplina eſt *Jus perpetuum, percipiendi fructus ex bonis Eccleſiae Clerico conceſſum ob ſacrum miniſterium, auctoritate eccleſiaſtica conſtitutum.* Latius patet, quam *Praebenda*, atque tanquam *genus* ſub ſe eandem, vt *ſpeciem*, reſpicit. In quantas hoc genus abeat ſui diuiſiones, norunt Juris eccleſiaſtici expertes: ac quamuis per plurimas vagetur ſui *ſpecies*, non tamen ab omnibus aequalis participatur ratio, ac natura: exemplum ſunto beneficia *manualia*: *Vicariae temporales* etc. Pro ſcopo noſtro obiter haec tetigiſſe ſufficiat. Ad *Canoniſtas* heic remeandum; apud quos non injucunda reperies diuerticula.

 CAPVT XIII.

CAPVT XIII.

Exempla TVRNI tum *majoris*, tum *minoris*, CONCORDATORVM epocham anteuertentia.

ARGVMENTVM.

Paragraphus 94. Turni majoris exemplum ab ſaeculo decimo quarto productum.

95. Aliud Turni majoris exemplum.

96. Aliud Turni, tum majoris, tum minoris exemplum.

97. Itertum aliud vtriuſque Turni ante Concordata.

98. Exemplum Turni minoris.

99. Denuo aliud Turni minoris ante Concordata.

§. XCIV.

EXEMPLVM TVRNI MAJORIS AB SAECVLO DECIMO QVARTO PRODVCTVM.

Exemplis nunc agendum eſt, quibus enarratae de TVRNI oeçonomia apud *Germaniae* Eccleſias conſuetudines clariori explanatione inluceſſant. Tempeſtiue vero heic delabimur ad tempora *CONCORDATORVM* originibus anteriora, a quibus ſaepe laudatus TVRNORVM vſus ſua recenſet cunabula. Praeſtantiſſimum vero, primumque, quod in Chartis, publici juris factis, reperi, pro jure TVRNI *Capitularis* documentum ſeſe prodit ad ſaeculi decimi quarti exordium, quod, velut aliam ex ſubſequentia longe majorem

eo

Digitized by Google

eo ſaeculo, indiciis prorſus indubitatis arguunt aetatem. Complectitur illud ordinationem circa nominationes ad Canonicatus in Eccleſia S. *Andreae Coloniae.*

Ibi. *a*),, In Nomine Domini Amen. Vniuerſis preſentes litteras viſuris et audituris Decanus et Capitulum Eccleſie S. *Andreae Colon.* ſalutem cum noticia veritatis. Dudum in Eccleſia noſtra a Predeceſſoribus noſtris laudabilis et honeſta conſuetudo extitit obſeruata videlicet quod fratres Capituli noſtri quilibet ſecundum gradum introitus ſui ad Eccleſiam prefatam in electionibus Canonicorum ad prebendas, dum vacabant, a Capitulo noſtro conſueuerunt in ſuis precibus exaudiri, et perſonas ydoneas ad prebendas tunc vacantes caritatiue promouere. Quia vero ex ejusdem conſuetudinis omiſſione ſeu abjectione poſtmodum prebendis vacantibus in ipſa Eccleſia, ſi Magnatum preces pro ipſis prebendis rogantium non exaudiebantur, Capitulum ipſum indignationem eorum incurrebat, aliquoties etiam fratres Capituli inter ſe concordare nequētes plures Perſonas ad prebendam vnicam elegerunt, et ex hoc Eccleſia ipſa tam in perſonis, quam rebus damna

 et

a) Eſt de anno 1322. apud *Würdtwein* Subſ. Diplom.: Tom. 3. a pag. 62. in craſtino S. *Laurentii.* Quae omnia ab *Henrico* Archiepiſcopo *Colon.* comprobata, ac confirmata conſpiciuntur in fine.

Digitized by Google

et grauamina, ſicut ex preteritis adhuc apud nos patet, plurima eſſe perpeſſa, ad hujusmodi vero indignationes et grauamina amodo preuenienda, vocatis adhoc ad certam diem ad tractandum de reſumptione conſuetudinis ejusdem, et ordinatione ſuper eadem facienda omnibus noſtris Concanonicis, qui debuerunt, voluerunt et commode potuerunt hujusmodi tractatibus intereſſe, deliberatione diligenti prehabita, et concorditer et vnanimiter decreuimus per Nos prelibatam antiquam conſuetudinem et obſeruantiam imitatione conſuetudinis vicinarum Eccleſiarum fore reſumendam, ipſamque ex nunc innouamus, reſumimus, et obſeruare promittimus per preſentes, ordinantes vt ex nunc in antea quilibet noſtrum in ſacris exiſtens a Seniore vſque ad juniorem ſecundum gradum ſui introitus pro perſona ydonea ... poſſit petere, vt in Canonicum et Confratrem Eccleſie noſtre recipiatur, et Capitulum ipſum exaudiat, ac prebendam ſic recepto, dum vacauerit, ſecundum petentis gradum competentem ſibi conferre teneatur, nec in hoc quisquam taliter recepto ſe opponat, alias ſe opponens ſeu opponentes, quod communiter ex nunc inter nos ſub pena contra hanc conſuetudinem Venientium eligimus et acceptamus, non ſolum quoad electionem ſeu collationem prebende tunc vacantis, verum etiam in aliis vacaturis electionibus et tractatibus

tibus Capitularibus, diebus quoad vixerint, eo ipſo voce Capituli in noſtra Eccleſia ſit priuatus... ſi vero perſona recepta non eſſet debite etatis ad prebendam ſacerdotalem obtinendam, et talis prebenda ſacerdotalis vacaret, proximior in ordine ſequenti receptorum habens etatem debitam in hoc caſu prebendam ipſam poterit acceptare, ſaluo prefato minoris etatis exiſtentis gradu ſuo in alia ſibi competere vacatura. Si etiam nullus receptorum prebendam ſacerdotalem acceptare vellet, tunc ipſius collatio ad commune Capitulum pertinebit.„ etc.

Quo ex ſtatuto ea, quae nunc adponimus, notatu digniſſimo obcurrunt. *Imo.* Quod ea conſuetudo non recens, ſed eo jam aeuo vetuſtiſſima fuerit. *IIdo.* Quod nominandi ad praebendam vacantem facultas obtigerit cuilibet ſecundum ſeriem, qua quis illam ad Eccleſiam fuerat receptus, *ſecundum gradum introitus ſui ad Eccleſiam.* Datum itaque nominationi fuit initium a *Seniori*, quem excepit poſt eum proximi ad Eccleſiam ſuſceptus; atque ſic deinceps. *IIItio.* Quod ab ea conſuetudine ſubin fuerit receſſum; idquod non leuia incommoda, indignationem praeprimis Magnatum Capitulo parturiebat. *IVto.* Suborta etiam inde eſt fratrum diſcordia, quae, ſuſcitato eo nominandi more, auerruncaretur; *Vto* idque potiſſimum, quod vicinis quoque Eccleſiis mos ille ſtabilis foret, ac dudum probatus;

batus; ac proin heic in S. *Andreae* Eccleſia readſumendus. En pervulgatam non vna duntaxat in Eccleſia, ſed communem conſuetudinem! cui *VIto* ſeſe poſthac obponentes praeter ſpem *Capitulares* pro tempore vitae ſuae voce excidant ſua in qualibuscunque *Capituli* tractationibus. *VIImo.* In ordinationes iſtiusmodi ſeruandas, quicunque in fratrum Canonicorumque numero inſeri, ſorte gauiſus fuerit, jurabit. *VIIImo.* Cunctis *Capitularibus* ſua nominandi vice pro ordine defunctis, a *Seniore* reincipietur. *IXno.* Siqui a petente, ſeu nominante (*TVRNARIO*) nominatus fuerit, hicque nominatus vita deceſſerit ſua: aut idem mutationem ſtatus in ſuum induceret animum, *petitioni*, ſeu *vicibus TVRNARII* jam foret factum ſatis, neque nominare alterum loco defuncti idem *Turnarius* poſſet; neque permutaturus ſtatum, qui erat receptus, alterum in ſuum poſſet ſubrogare locum, quum non *jus in re*, ſed *ad Rem* duntaxat illi partum fuiſſet. X*mo.* De carente aetate debita, ad ſacerdotium requiſita, textus eſt apertus; cui hoc adhuc addendum poſt verbum *poenitebit*: „ Et tenebitur receptus, ſi eſt in prouincia, infra menſem poſt vacationem prebende per ſe ipſum eam recipere, ſi extra prouinciam fuerit intra tres menſes legitimo impedimento ceſſante. „ *XImo* ſtatuuntur adhuc quaedam alia, vtpote, quod *Preciſtis* locus prae ceteris ſit relinguendus: item de caſu, ſi lis ſuper praeben-

praebenda *a Turnario* conferenda ſuſcitanda foret. etc. etc. Vide *Würdtvveinium.*

§. XCV.

ALIVD TVRNI MAJORIS EXEMPLVM.

Aliud *TVRNI* majoris veſtigium plus vno ſaeculo *CONCORDATIS* anterius ſubgerit Eccleſia collegiata B. V. *Mariae* ad *gradus* apud *Moguntiam. a)* Ibi. Adtendentes ... quanta retroactis temporibus tam in ſpiritualibus quam in temporalibus propter aſſumpcionem et eleccionem perſonarum quandoque minus potencium quandoque minus liberatarum et ydonearum ad Canonicatus et prebendas ejusdem noſtre eccleſie ad importunas preces et inſtancias Magnatorum ipſa noſtra Eccleſia pericula et incom̃oda eſt perpeſſa et quod diſciplina choralis periit et diuinus cultus eſt diminutus ex eo quod quandoque hujusmodi perſone quibus hujusmodi Canonicatus et prebende ſunt collati et ad eos aſſump-

a) TVRNVS hic aetatem ab anno 1337. numerat apud *Würdtvvein* Tom. 1, Subſid. dipl. a pag. 204. a toto Capitulo, omnibns et ſingulis Capitularibus praeſentibus, ſtabilitus. „ Nos *Fridericus* Decanus *Iohannes* Scholaſticus totumque Capitulum .... premiſſa in noſtro Capitulo voluentes ſepius et reuoluentes multis Capitularibus tractatibus inter nos prehabitis „ etc. Nec mirum: Res etenim ibi vertebatur ſingulorum: Nullius igitur negligi poterat conſilium; Nullus praeteriri *Capitularis.*

aſſumpti vel de eorum potencia confiſi vel alias ignari noluerunt et non potuerunt in diuinis officiis prout locus et ordo ac tempus requirebat miniſtrare aut alias deſeruire nec ad hec potuerunt juxta conſuetudines et ſtatuta ipſius eccleſie coherceri, nos.... ad obuiandum predictis dampnis et incommodis nec non ad honorem et vtilitatem dicte eccleſie noſtre et diſcipline Chori obſeruantiam ac diuini cultus conſeruacionem et argumentum omnes et ſinguli in hoc concordauimus pari conſenſu et vnanimi et vnanimi voluntate nemine dſcrepante et hac in perpetuum valitura ordinacione ſtatuimus volumus et preſentibus litteris *a*) ordinamus vt omnes et ſinguli Canonicatus et prebende ejusdem eccleſie quandocunque et quotiescunque impoſterum vacaturi per Decanum et Capitulum ipſius noſtre eccleecceleſie ſeu per perſonas preſentes in ac de noſtro Capitulo exiſtentes abſentibus non vocatis nec etiam aliquatenus exſpectatis ad peticionem *ſingularum perſonarum* dicti Capituli primo videlicet *Decani* et deinde aliorum Prelatorum et Canonicorum *Capitularium* in aſſecucione prebendarum eccleſie noſtre ſeniorum et priorum ſecundum ordinem *ſucceſſiue* dilacione contradiccione et impedimentis quibuslibet ceſſantibus vice et nomine prefati noſtri Capituli conferantur. *b*) Ita videlicet

a) Heic ordo inſtituitur conlationis.

b) En *TVRNARII* in beneficiorum conlatione vicibus *Capituli*, cujus agunt nomine, defunguntur!

delicet quod ille quem tempus duorum menſium a tempore noticie vacationis hujusmodi Canonicatus et prebende computandum pro vna perſona ydonea et litterata in quo petentis conſcienciam oneramus petat et petere poſſit et debeat ejusque preces per Decanum et Capitulum ſeu perſonas Capitulares preſentes etiam ſi tres duntaxat exiſterent quas in preſenti caſu vices totius Capituli repreſentare volumus debeant modis omnibus vt prefertur exaudiri, *a*) Verum ſi aliquem ex dicto noſtro Capitulo quem tunc ordo tetigerit tempore vacacionis aliquorum Canonicatus et prebende et peticionis per ipſum faciende pro hujusmodi Canonicatu et prebenda ex quacunque cauſa abeſſe contigerit eidem talis ſua abſencia prejudicare non poterit neque valeat extra locum et ſimiliter exaudiri, ſi autem eundem in tali loco eſſe contigerit quod vacacionem dictorum Canonicatus et prebende non poſſit infra duorum menſium ſpatium ad ipſius noticiam deuenire, tunc idem

a) *Capitularis* cujuscunque nominatio vocatur *Preces*: Aſt hae *preces* longe alterius exiſtunt indolis, ac *preces primariae*, vtpote quae ſemel tantum queunt interponi: Aſt *jus TVRNI* ſaepius, ac vix non ſingulos in annos obtingere *TVRNARIO* poteſt, velut docebit *TVRNVS ERRANS*; duratque ille toto *TVRNARII* vitae tempore, licet non pro omni temporis illius ſpatio. Ordinatur quoque, quid de abſentibus ſit ſtatuendum.

Digitized by Google

idem abſens exſpectabitur per Capitulum per alios duos menſes predictos duos immediate ſubſequentes, infra quos ſi perſonaliter venire non valuerit per ſuas certas et indubitatas litteras pro aliqua perſona ydonea ad tales Canonicatum et prebendam per Capitulum recipienda et admittenda poterit ſupplicare cujus preces penitus debent exaudiri ac ſi preſens eſſet vt prefertur. *a*) Porro ſi talis quem tunc ordo petendi tetigerit pro Canonicatu et prebenda tunc vacantibus infra quatuor menſium ſpatium a tempore vacacionis hujusmodi computandum petere ſcienter negligeret ſeu non curaret ex tunc jus petendi quod ſibi tunc competierat ad alium ſuum ſucceſſorem proximum Capitularem in aſſecucione prebende ſeniorem illico deuoluetur. *b*) Inſuper ſi idem petens per potenciam vel prouiſionem Apoſtolicam vel alias quocunque modo absque culpa ſua impediretur in peti-

a) *Tempus vacationis notae.* Exiſtimamus, eſſe tempus notitiae vacationis in loco beneficii; inde enim abſenti, cui notitia iſtiusmodi facile ſubduci poſſet, aut non ita expedite communicari duo alii indulgentes menſes.

b) In *Turnarium* vero negligentem ſtatuta ibidem animaduertitur poena: quae diſpoſitio non culpabili nil adfert praejudicii. Denique in fine additur. „ *Actum in loco Capitulari eccleſie noſtre* „ *etc.* Quo innuitur, ſtatuenda per *Capitulum* in loco non qualicunque pertractanda eſſe.

peticione ſua quo minus effectum debitum ſortiretur illi ſaluum erit jus petendi pro aliis Canonicatu et prebenda proxime vacaturis.„

§. XCVI.

ALIVD TVRNI TVM MAJORIS, TVM MINORIS EXEMPLVM.

TVRNI *majoris* ſimul et *minoris* exemplum praebet eccleſia *Moguntina* B. V. M. *ad gradus.* *a*) Ibi. „In nomine Domini Amen.... Nos *Hermannus* de *Bensheim* Decanus.... *b*) Canonici Capitulares.... notum facimus vniuerſis per preſentes quod nos die datarum preſentium vna cum venerabili Domino *Iohanne de Lyſura* prepoſito et Canonico Capitulari dicte eccleſie in noſtro generali Capitulo capitulariter etiam ad hoc vocati et congregati et Capitulum ipſius eccleſie ea vice facientes et repreſentantes Dominis *Petro Orthenberg* et *Henrico Masheim* etiam noſtris Capitularibus Concanoni-

a) Eſt de anno 1443. Tom. 4. *Wurdtvvein* a p. 207. vbi *Turnus* prorſus nouiter eſt erectus. Illic enim ex antiqua conſuetudine beneficiorum collatio communibus Capitularium ſuffragiis ſuberat. Qui mos aliam retro aetatem non reſpicit, niſi tempus, quo ſecundum *Crodegangi* praeceptiones viuebatur, a quo conuiuendi genere originem traxerat.

b) Si Decanum comprehendas, recenſentur nouem Capitularium praeſentium nomina, duobus *Petro* et *Henrico*, qui poſtea vt abſentes vocantur, omiſſis.

Digitized by Google

nonicis tunc in remotis agentibus *a*) conſiderantes Predeceſſores noſtros circa diuinum cultum ac pacificum ſtatum eccleſie et perſonarum plurimum fuiſſe attentos et preſertim conſiderauimus *b*) circa collationem Canonicatuum et prebendarum aliorumque beneficiorum ad eccleſie noſtre Capitulum communiter ſpectantium ne inter eos odia et rancores ſuſcitarentur per ipſos fuiſſe prouiſum ponderantes etiam quod negotia et cauſe ad collegia vel vniverſitates eccleſiarum ſpectantia maxime beneficiorum eccleſiaſticorum collationes prouiſiones vel alie diſpoſitiones raro concorditer fieri conſueuerunt quodque propter hoc lites et diſcordie nec non odia et rancores in noſtro Capitulo et inter perſonas ejusdem ſepius proue-

a) Videlicet duo illi in longinquis degentes intereſſe non poterant; quantumuis alias eosdem intereſſe oportuiſſet, quod ibidem negotia tractarentur, et jura ſingulorum. Vnanimi etiam conſenſu, ac nemine prorſus contradicente, vt narrat contextus, jura illa diuiſim cuilibet competentia ſtabilita ſunt, ita quidem, vt amborum illorum abſentium aequalis fuerit habita ratio.

b) Quae non minima olim fuerat bonorum Capituli, ſeu eccleſiae inter Canonicos diuidundorum cauſſa, eadem et ipſa heic ſubintrabat, nempe vt odiorum ſementa ſubfocarentur, et profundiores charitas ageret radices, atque eo pacto conſuetius eccleſiarum proſpiceretur incolumitati.

prouenerunt animarum pericula alieque inconuenientie pullulabant diuino cultui onerosſe, prefatorum igitur predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherentes ac cupientes premiſſis et aliis pluribus attentis pro commodo et ſalutari ſtatu eccleſie noſtre ac pace et tranquillitate inter nos firmiter conſeruanda et precipue in diuini cultus propagationem felicem prefatis inſolentiis periculis et incommodis que etiam de cetero veriſimiliter poſſent inſurgere niſi per ſtatuta et ordinationes rationabiles cauentur et preſertim circa Canonicatuum et prebendarum eccleſie noſtre aliorumque beneficiorum quorum collationes prouiſiones ſeu queuis alie diſpoſitiones de antiqua et approbata ac hactenus pacifice obſeruata conſuetudine ad Capitulum eccleſie noſtre communiter ſpectare conſueuerunt et hodie ad nos et Capitulum noſtrum ſpectant et pertinent diſpoſicionem pacificam prouidere pari et vnanimi conſenſu et de communi omnium noſtrum voluntate nemine diſcrepante aut contradicente ſtatuimus et ordinauimus et voluimus .... et ordinamus quod omnes et ſinguli Canonicatus et prebende eccleſie noſtre quandocunque et quotiescunque impoſterum ſimpliciter vacaturi a ſingularibus perſonis Capitularibus prenominatis Capituli noſtri prelibati ſingulis perſonis ydoneis quas ſibi ſinguli Capitulares predicti ad hoc nomi-

 nare

nare curauerint tocius Capituli nomine conferantur. Ita videlicet quia Prepoſitus juxta adducta et concluſa in vnione Canonicatus et prebende prepoſiture eccleſie noſtre facta vt ſimplex Canonicus in nominatione debet collocari *a*) Iamque Domini *Hermannus* Decanus *b*) .... inde vero et vltimo Dominus *Ioannes de Lyſura*.... ad Canonicatus et prebendas de cetero ſigillatim et ſimpliciter vacaturos ſingulas abiles et ydoneas perſonas vsque in finem nominabunt ſicquod ille quem ordo nominandi contigerit ad Canonicatum et prebendam eccleſie noſtre pro tempore vacantes perſonam abilem et ydoneam coram duobus vel tribus Capitularibus eccleſie noſtre in Canonicis infra tres dies a tempore note vacationis in eadem eccleſia noſtra per ſe vel per procuratorem ſuum ad hoc legitime conſtitutum nominare teneatur *c*) .... Volumus etiam et ordinamus quod ſi ille quem ordo tetigerit

a) Singulare quid heic obcurrit: Praepoſiturae videlicet conjunctam fuiſſe praebendam, ac Canonicatum ſimplicem, qua dignitas illa per ſe non gaudet.

b) Sequitur in contextu ſucceſſiua Collatorum ſeries ex ordine recenſita duobus illis abſentibus ſimul connominatis.

c) Vltimum locum nactus eſt *Praepoſitus* ob vnitam nouiter cum Praepoſitura praebendam ſimplicem, quo pacto contigit, vt quoque ipſi jus obueniret *TVRNI*, quo vt *Praepoſitus* manſiſſet deſtitutus.

gerit nominandi perſonam ydoneam ad Canonicatum et prebendam vacantem pro tempore infra dictorum trium dierum terminum per ſe vel procuratorem ſuum hujusmodi nominare neglexerit et diſtulerit vel noluerit, et eum immediate ſequens etiam nominare non curauerit ex tunc ſine prejudicio ejusdem ſequentis poteſtas diſponendi de hujusmodi Canonicatu et prebenda ſic vacantibus ad Capitulum deuoluatur et talis carebit poteſtate nominandi in futurum harum litterarum vigore niſi propter reſeruationem generalem notoriam Canonicatus et prebende perſonam nominans duceret iſta vice ſuperſedendum et hoc caſu volumus ſibi ad vacaturus Canonicatum et prebendam reſeruari. „*a*) ſequuntur poſtea illa, quae in caſu adpellationis gerenda ſunt, agendaque; cujus rei textum, ne plus aequo diffundamur, omitto. Atque ita finiunt diſpoſitiones circa *Turnum majorem* nouiter erectum.

Quae *Turnum* contingunt minorem, ſequentia praecipiuntur, probe cuſtodienda.„

 Ordi-

a) Infra illorum dierum anguſtias coarctabatur ea conferendi facultas, ac illius exercendae modus, adjecta ſimul committendae negligentiae poena. Alibi vero ſex *TVRNARIO* currere menſes jure communi ſtatutos, quorum infra ſpatium ad vacantem Canonicatum queat nominare, non vna probat eccleſiarum praxis: Ad cujuslibet denuo eccleſiae vſum recurrendum eſt.

Ordinationem quoque an et de beneficiis *aliis infra* et *extra* Eccleſiam noſtram ſituatis et ad communem Capituli eccleſie noſtre collationem prouiſionem preſentationem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantibus exceptis dignitatibus quibus per electionem prouideri conſueuit nec non officio. *a*) Cuſtodie volumus per omnia vt in Canonicatibus et prebendis Vacaturis ſuperius eſt ſtatutum conformiter obſeruari. . . In his tamen vnam ex Vicariis in Eccleſiam noſtram quam primo vacare contigerit ſi tempore vacationis per Capitulum id concorditer deliberatum fuerit ac Capellam in *ſuperiori Wilbach* altare in *Hilbersheim* altaribus in *Wynheim* altare in *Beekenheim* excipi volumus quoad communem Capituli noſtri diſpoſitionem absque alicujus nominatione preſentibus reſeruamus per premiſſam quoque ordinationem et ſtatutum Prelatis officiatis aut Canonicis dicte Eccleſie preſentibus et futuris in juribus ipſorum conferendi alia

a) Colligimus inde, cuſtodiam, nec *dignitatem*, nec *Perſonatum* ſed *officium* exiſtere. Beneficia *Turni minoris* potiſſima ſunt *Vicariae*, *Altaria*, *Capellae*. Iſtiusmodi igitur in modum decretus fuerat pridem illa in eccleſia *TVRNVS*: qui, vtrum in noſtram vsque aetatem eandem protraxerit nominandi rationem, ſtudioſus rerum indagator poterit perſcrutari. Noſtrum duntaxat intererat, in vetuſtiorem, quam eſt *CONCORDATORVM* epocha, hujus diſciplinae oeconomiam paullo curatius animo intendere.

alia beneficia ad collationem . . . ſpecialiter ſpectantia nolumus in aliquo derogare. . . Acta ſunt hec ſub anno Natiuitatis Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio feria quarta poſt feſtum Conceptionis B. Marie V. glorioſe. „

§. XCVII.

PRODVCITVR DENVO ALIVD TVRNI MAJORIS ANTE CONCORDATA EXEMPLVM, CVI TVRNVS MINOR ADNEXVS EST.

Non pigebit vlteriores Antiquitatis de *Turno* guſtare delicias, quas ſimiliter propinat Eccleſia *Frideslarienſis. a)* Ibi. „ Nos *Apollo Kazman* Decanus, *Nicolaus Trolte* Scholaſticus, *Conradus Schaufus* Cantor (recenſentur Capitulares ſinguli, ſedecim numero . . . confitemur et notum facimus vniuerſi et pro nobis et pro noſtris ſucceſſoribus deliberauimus et cenſuimus inter Nos charitatem et Concordiam adaugere noſtrisque Eccleſiae et Capitulo de pacis tranquillitate prouidere quoad beneficia eccleſiaſtica ad noſtram Decani et Capituli praedictorum communem collationem, prouiſionem, praeſentationem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantia in hunc qui ſequitur modum; videlicet, quod quoties aliquos Canonicatum et praebendam

 in

a) Eſt de anno 1445. ap. Würdtvvein cit. Tom. 4. pag. 145. ſeq.

in dicta noſtra Eccleſia ex nunc et in antea vacare contigerit ad collationem, prouiſionem, praeſentationem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem dictorum Decani et Capituli pertinentia, ex tunc ego *Apollo* Decanus incipere et Nos alii Praelati et Canonici ſuperius ſucceſſiue nominati juxta ordinem praedictum conſequenter vnus poſt alium, quoties opus erit, aliam perſonam habilem et idoneam de ipſius nominantis vel pari aut meliori ſeu honeſtiori parentela exiſtentem ad hujusmodi vacantem Canonicatum et praebendam nominare et per Nos communiter eosdem Canonicatum et praebendam hujusmodi nominato cum plenitudine juris Canonici conferre debemus pure propter Deum. . . Si vero Corporale aut ſenſuale vitium hujusmodi appareret, ex tunc idem nominans magis idoneum in locum repulſi modo ſupra tacto poterit numerare; ſi etiam hujusmodi nominato et per Nos prouiſo ſuper hujuscemodi Canonicatu et prebenda litem moueri contingeret, tunc idem nominatus et prouiſus deberet ſe quando melius poſſet judicialiter defendere vſque ad tres definitiuas ſententias incluſiue, et ſi per tres definitiuas ſententias hujuscemodi Canonicatum et Praebendam ſibi abjudicari et euinci contingeret, ex tunc idem nominatus poſt diligentem defenſionem ſuccumbens vt praefertur alios Canonicatum et praebendam ad Nos et noſtram diſpoſitionem

nem communiter ſpectantes et pertinentes, quouſque ter judicialiter vt praemittitur per tres definitiuas ſententias adjudicatorias ſuccumberet non vltra tertiam collationem exſpectare et toties prouideri deberet modo ſupra tacto... Poſtquam vero nos Praelati et Canonici ſupra dicti omnes et ſinguli ſucceſſiue vt praefertur nominati qui ſuper vixerimus modo praefato nominauerimus et tunc et ſtatim antequam hujusmodi nominationis ordo ad alios Capitulares de praeſenti numero non exiſtentes protendatur, a Decano ejusdem Eccleſiae qui erit pro tempore, reincipi, ſubſequenter a Scholaſtico et Cantore dummodo tales Praelati Canonici Capitulares exiſtant, et non alius, ac deinde a Canonicis Capitularibus tunc exiſtentibus, qui tunc omnes et ſinguli per ordinem ſolitum deſcribi debent et vnus poſt alium continuari et finiri debebit modo et forma praelibatis, atque poſtquam omnes et ſinguli tunc Capitulares in principio hujusmodi ordinationis exiſtentes nominauerint, tunc forma et modus nominationis reincipi et continuari juxta ordinem praetaxatum debebant ac taliter quoties opus fuerit, firmiter in perpetuum obſeruari. Si vero per ſedem Apoſtolicam aut Generale Concilium aliqua Praebenda aut aliud beneficium eccleſiaſticum ad Collationem noſtram communiter pertinens reſeruari contigerit, aut reſeruetur ſeu in

 Turnum

Turnum Apoſtolicum aut alienum a Turno ordinario ceciderit, ita quod de praebenda vel beneficio hujusmodi diſponere authoritate ordinaria non valeamus et propterea ille quem tunc Nominationis ordo tangeret, nominare recuſaret de tali praebenda ſeu beneficio Decanus et Capitulum iſta vice communiter diſponere debebunt prout dictae Eccleſiae vtilitati magis videbitur congruere, et idem nominationis ordinem habens ad nominationem proximae praebendae ſeu beneficii vacaturi proxime facultatem nominandi debet exſpectare et habere dolo et fraude ſecluſis. Inſuper ſpecialiter ordinauimus... et ordinamus, quod quilibet noſtrum ordinantium praedictorum ſiue Praelatus ſiue Canonicus exiſtat, quem ordo nominationis tetigerit, poterit quantoçunque dum vixerit et Canonicus Capitularis in dicta noſtra Eccleſia extiterit, aliquem juxta modum et formam praetaxatos ad praebendam proxime vacaturam nominare et hujusmodi nominatus ad talem praebendam, dum vacauerit admitti, nominantis morte poſt nominationem interuenta et contradictione qualibet non obſtante. „ *a*) Poſtea ſequitur reſeruatio

a) Exemplum hoc eſt *nominationis vtilis*, cujus ſupra indolem breuiusculis tetigimus (§. 89). Illius igitur vſus non ita eſt recens; atque easdem cum *Turno* originis ſuae cauſas ac motiua in laudata charta complectitur; quamuis, vt antea monuimus, rem hanc fori noſtri facere, haut abs re detrectemur.

tio quaedam ſex Vicariarum propriarum, quae *Plebaniae* ſolebant nuncupari, ad Communem totius Capituli nominationem pertinentium, atque *Turno* non ſubjectarum. Denique agitur de *Turno* etiam *minore*, quantum videlicet ad altaria, Capellas, Eccleſias parochiales adtinet, ſinuato eodem prorſus ordine, quem in *Turno majore* ſtabilire conlibuerat, auſpicium capiendo a Decano, atque ex ordine deinceps per ſingulos Capitulares; „ quo finito *a*) ex tunc Decanus et Canonici Capitulares prout tunc tempore nouae inchoationis extiterit in Capitulo ſucceſſiue vnus poſt alium re incipere nominationem hujusmodi continuare et finire debebunt totiesquoties opus fuerit talis modi ordine in perpetuum et inuiolabiliter obſeruato. „

Ad rei hujus dilucidationem animaduertitimus 1mo; Cauſſa hujuscemodi *Turni* diſciplinae exponitur, quae eſt charitas, ac cultus diuini ſtudium. 2do Siquis fors ſiue ex corporis ſiue ex ſenſuum defectu repulſus fuerit, a nominante, ſeu *Turnario* alius, qui idem recipiat beneficium, nominetur. 3tio Si ſi cui moueatur Lis, ac tertia etiam ſententia minus ſibi propitia exſpectata ſuccubuerit; conferendae ejusdem praebendae, qua ille excidit, jura ad capitulum in communi reuer-

X 5

a) Ex his contextus verbis quaedam etiam in *Turno minore* renouatio innuitur.

uertentur. 4to Prae coeteris ordo ad *Decanum*, poſtea *Scholaſticum*, deinde *Cantorem*, qui Praelati nuncupantur, ſpectabit; reliquis Capitularibus ex ordine ſucceſſuris. Si tamen hi tres primi Capitulares extiterint, ex quo diſpiciamus, ad *Praelaturas adſumendos*, atque cantoriam de neceſſitate non fuiſſe *Capitulares*, penes quos tamen ſolos conferendi praebendas relicta fuerat poteſtas. Infra (§. 104 etc.) licebit conſpicere, alibi ſubin Capitulares non vt Praelatos, ſed vt Canonicos conferre Praebendas. Id quod frequentiſſimum eſt in Eccleſiis non paucis inſignibus collegiatis in hodiernum etiam diem, in quibus Praepoſiti juribus *Turni* extorres eſſe jubentur Inluſtres nihilominus Praepoſiti. Inter Praelaturas hodie ſimiliter locum habet *Decanatus*, qui in *Germania* praecipue dignitas eſt eccleſiaſtica: *Scholaſteria* autem vel *Cantoria* vltra *Perſonatus* non protenditur honores. 5to. Praepeditus menſe Papali *Turnarius* nihil amittit, relicto eidem loco pro proxima, ſi obtigerit, vacatura. Singulari heic animaduerſione digna videntur verba: *Si vero per ſedem Apoſtolicam aut generale concilium* ... praebenda aut aliud *beneficium reſeruari contigerit etc.* Decantatiſſima tunc fermentabat controuerſia *Eugenium* IV. PP. inter et Concilium *Baſileenſe*; et inde fors minus ad Papae ſubin in *Germania* adtendebatur reſeruationes, ita, vt ratione in

textu

Digitized by Google

textu propoſita Capitulum in communi ſuas in conlationibus partes haut negligeret. 6to. *Turni* renouatio quaedam exponitur: de qua plura dabimus infra. §. 102.

§. XCVIII.

EXEMPLVM TVRNI MINORIS ANTE CONCORDATA.

Exemplum *Turni minoris* eſto illud in eccleſia Collegiata *Mogunt.* B. V. *Mariae* ad *Gradus.* *a*) Ibi. „ In nomine Domini. Amen.

Quoniam ſaepe multa negotia ad Collegia vel vniuerſitates ſpectantia preſertim eccleſiaſticorum beneficiorum collationes plus debito retardantur propter quod interdum fidelibus animabus inſurgant pericula alieque inconuenientie pullulant diuino cultu oneroſe, hinc eſt quod nos *Fridericus Decanus Iohannes Scholaſticus* totumque Capitulum...., pari conſenſu et voluntate vnanimi concordauimus, vt omnia et ſingula beneficia eccleſiaſtica ad collationem vel preſentacionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem noſtram communiter ſpectantia, ex nunc quotiescunque impoſterum vacatura exceptis Canonicatibus ejusdem noſtre eccleſie et prebendis ac dignitatibus, perſonatibus et officiis nec non quibusdam certis beneficiis ſubnotatis

a) De anno 1335. Quarto Kalendas Maii apud *Würdtwein* Tom. 1. Subſid: Dipl. p. 209. ſeq.

Digitized by Google

tatis per Decanum et Capitulum dicte noſtre eccleſie ſeu per perſonas preſentes in ac de noſtro Capitulo exiſtentes abſentibus non vocatis nec aliquatenus expectatis ad peticionem ſingularum perſonarum dicti Capituli primo videlicet Decani et deinde aliorum Prelatorum et Canonicorum Capitularium in aſſecutione prebendarum eccleſie ſeniorum et priorum ſecundum ordinem ſucceſſiue dilatione contradictione et impedimentis quibuslibet penitus ceſſantibus vice et nomine prefati noſtri Capituli conferantur, ita videlicet quod ille quem ordo tetigerit, aliquo vacante beneficio infra tempus duorum menſium a tempore noticie vacationis hujusmodi beneficii computandum pro vno ſacerdote vel alio ydoneo qui infra tempus a jure ſtatutum ad ſacros ordines prout ejusdem vacantis beneficii onus requirit, promoueri valeat, petat ac petere poſſit et debeat.... Verum ſi aliquem ex dicto noſtro Capitulo quem tunc ordo tetigerit, tempore vacacionis alicujus beneficii et petitionis per ipſum pro hujusmodi beneficio faciende ex quacunque cauſſa abeſſe contigerit, eidem talis ſua abſentia prejudicare non poterit neque debet, quin ipſe pro beneficio hujusmodi petere valeat extra locum, ſi autem eundem in tali loco eſſe contigerit, quod vacacio dicti beneficii non poſſet infra dictorum duorum menſium ſpacium ad

ad ipſius noticiam deuenire, ex tunc Capitulum noſtre eccleſie hujusmodi beneficium alicui ydoneo Clerico commendabit quo vsque dictus abſens perſonaliter vel per litteras ſuas certas et indubitatas pro aliqua perſona ydonea cum tali beneficio beneficianda duxerit ſupplicandum. Porro ſi talis quem tunc ordo petendi tetigerit pro beneficio hujusmodi infra duorum menſium ſpacium petere ſcienter negligeret ſeu eciam non curaret ex tunc jus petendi .... ad alium ſuum ſucceſſorem proximum Capitularem in aſſecutione prebende ſeniorem illico deuoluetur. Et ſi idem petens per potenciam vel prouiſionem Apoſtolicam vel alias, quocunque modo impediretur in peticione ſua, quo minus effectum debitum ſorciatur, illi ſaluum erit jus petendi pro alio beneficio proxime vacaturo. Denique ab hac diſpoſitione, et *Turni* ordine eximuntur quaedam exiguorum tenuiumque fructuum beneficia; ac fit concluſio.

Quam in rem ſequentes adjecimus animaduerſiones.

Imo. Statuti imprimis *Turni* in medium profertur ratio. Ab iſtius modi autem ſtatuto extorres ſint Canonicatus, prebendae, coetera; et inde ordinatio iſta *Turni* duntaxat *minoris* indolem induit: ſimiliter ſingularia

gularia quaedam Decani, aliorumue jura relinquuntur intacta, integraque.

IIdo. Per *verba in ac de noſtro Capitulo exiſtentes* Capitulares notari praeſentes, perſuadet ly *in Capitulo,* quod abſenti adplicari profecto nequit.

IIItio. Initium ducitur ab *Decano*; quem coeteri excipiunt *Praelati*; hos vero *Capitulares* reliqui, prout ordo ſenii tulerit.

IVto. Iura *Turnarii* heic in duorum menſium decurſu exoleſcunt.

Vto. Ætatis ſimul ratio haberi decernitur pro onere, quo quemcunque defungi, beneficii natura popoſcerit: e. g. Si Vicaria aut quodlibet aliud beneficium inter reliqua onera curam ſibi animarum adnexam recenſuerit, beneficiarium ſubſtituendum annorum oportuit eſſe viginti quinque inchoatorum ex concilii *Lateranen*, *III. a*) „ *Inferiora etiam miniſteria vtputa Decanatus, Archidiaconatus et alia, quae curam animarum habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, niſi qui jam* 25. *aetatis annum attigerit.* Et *Lugdunenſis II.* „ *b*) *Is etiam, qui ad bujusmodi regimen aſſumetur, vt gregis ſibi crediti diligentius gerere curam poſſit in parochiali eccleſia, cujus rector exiterit, reſidere perſonaliter tenetur,* et

a) De anno 1179. Sub *Alexandro* II. can: 3.
b) Sub *Gregorio* X. de anno 1274. can. 13.

et infra annum a ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Poſt tria illud ſaecula inſtaurauit *Tridentinum a)* Sunt tamen frequentiſſima eccleſiarum ſtatuta, quibus praebenda Capitularis quaecunque, ſiue curam ſimul complectatur animarum, ſiue non, Presbyteratum jam jam ſubponat, ac ante poſtulet ſuſceptum, ac per conſequens legitimam ad ſacerdotium aetatem, quibus conciliorum praefatorum Canones nihil volunt adferre praejudicii. Reſpiciendum ſiquidem ibi eſt tum ad Conciliorum potiſſimum generalium, tum ſtatutorum particularium praeceptiones.

VIto. Exceptio heic eſt a regula ſuperiori: *preſentes in ac de noſtro Capitulo:* Haec et plurima reliqua hacce in *Turni* ordinatione conſtabilita ſunt extra ſubpoſitum *Turni errantis.* Suum quilibet fixum numerat tempus, quo elapſo ad ſucceſſorem ſiue vacatura obtigerit, ſiue non, jus deuoluitur nominandi; atque in regula, ni forte ſpeciale obſtet ſtatutum, pro praebenda ſimplici currit ſemeſtre, intra quod ſiue praeſens ſit, ſiue abſens, exaudiendae ejusdem ſunt preces: Illa autem nominatione neglecta, Epiſcopi eſt, ſupplere negligentiam, ac pro ſuo conferre beneficium arbitrio.

VIImo, Poena haec eſt in negligentes ſtatuta: juſto vero inretitis impedimento medela

a) *Tridentinum*, Seſſ. 24. cap. 12. *de Reform.*

Digitized by Google

dela ſalutaris indulta. Vbi *Turnus errans* obtinuit domicilium, iſta vix locum nanciſci poſſunt; de quo infra.

VIIIuo. Neque haec pro *Turno* valent *errante*: Sed praeſtolabitur *Turnarius* proxime futurum *Turni* curriculum; num fors melior ſit ipſi fors.

§. XCIX.

ALIVD TVRNI MINORIS EXEMPLVM ANTE INITA CONCORDATA.

Alio *Turni minoris* exemplo erudimur ab eccleſia *Francofordienſi*; vbi condito tunc recenti ſtatuto fuerat *Turnus* ille renouatus. *a*) Adparet tum antiquitas, tum ſaluberrima ejusdem conſtabiliendi ratio, ordo, cetera. Quae potiora ſunt contextus momenta, jure heic viſa ſunt collocanda. „ In nomine Domini Amen. Cum in eccleſia noſtra S. *Bartholomei Frankf.* in Vicariis et aliis beneficiis intra et extra dictam noſtram eccleſiam exiſtentibus quarum et quorum collacio

a) Apud *Würdtvvein* Tom. I. Subs. dipl. p. 213. Quae redintegratio *Turni* eſt de anno 1371. XI. *Kal. Iulii.* Eccleſia S. *Bartholomaei Francofordienſis* ad Moenum, antiquitus Capella regia *Pipino* Francorum Regi ſua debet exordia; primitus honoribus Sanctiſſimi *Saluatoris*, ac B. *Mariae* V. dicabatur; poſtea Saeculo XIIItio. ſub ſingulari S. *Bartholomaei* patrocinio commendata vsque modo floreſcens, eſt celebratiſſima.

Digitized by Google

lacio ad Capitulum dicte Ecclesie . . . dinoſcitur pertinere, conferendis perſonis idoneis, diſſenſiones, et litium materie preſertim propter varias peticiones et ſupplicationes perſonarum extra dictam Eccleſiam exiſtentium hactenus ſunt ſuborte, hujusmodique actus preteriti nos reddant circa futura merito cautiores. Idcirco. . . Nos. *Joannes* Decanus. . . Canonici prefate Ecclesie. . . in ipſa Eccleſia preſentes, et Capitulum ejusdem Ecclesie repreſentantes . . . volentes futuris litibus et rancoribus . . . obuiare . . . communi concordia et amore ſubſcriptam ordinationem a Predeceſſoribus noſtris ſtatutam. . . duximus nos innouandam et denuo ſtatuendam. Ac etiam ſtatuimns et ordinamus . . . vt quilibet deinceps de dicto Capitulo preſens, reſidens ſeu domicilium habens in terminis opidi *Krankford* prenotati ſecundum ordinem ſeu introitum ſuum, qui in ipſo Capitulo conſueuit obſeruari. Cum et quando Vicarias et beneficia in dicta Ecclesia vel extra ad collacionem ſeu preſentacionem Capituli ejusdem Ecclesie pertinent. Vacare contigerit, ſuper precibus ſuis ſuper hujusmodi beneficiis ad ſui Inſtantiam perſonis idoneis conferendis debebit ſine contradictione et difficultate qualibet exaudiri.

Nolentes tamen quod hujusmodi ordinacio ad Prelaturas Canonicas et prebendas dicte Ecclesie aliqualiter ſe extendat. Volentes

Digitized by Google

etiam quodſi quando aliquod beneficium de premiſſis et ſub ejusdem ordinacione contentis vacare contigerit, et perſona, quam ordo ſuper porrigendis petitionibus tetigerit pro tunc ſuperſedere voluerit, preces ſuper hujusmodi peticione minime offerendo quod hoc facere poſſit, quodque proxime vacaturum quod ſibi placuerit valeat acceptare, et ſi nullus de ſequentibus ipſum idem beneficium pro tunc vacans acceptare vel pro eo ſupplicare voluerit, tunc tale beneficium per Capitulum communiter conferetur. Item volumus, quod poſtquam perſone ſecundum premiſſam ordinacionem omnes ſunt exaudite, quod tunc a primo denuo et deinde ab aliis fratribus Capitularibus preſentibus reſidentibus, ſeu domicilium habentibus in terminis opidi Frankford. prenotatis incipiatur, dictaque ordinatio ſecundum ordinem cujuslibet ... inuiolabiliter obſeruabitur. „ *a*) In antiquiſſimis ejusdem Eccleſiae ſtatutis, ſimiliter Concordatorum aetatem anteuertentibus legimus. *b*) „ Item Canonici ordinarie conferunt beneficia incipiendo a Seniore Canonico

a) Denuo nullum *Turni errantis* veſtigium; quin imo nominare volenti non modo non temporis certa ratio erat obſeruanda, ſed et ſequenti dare locum poterat, quin id juri ſuo adferret quidquam praejudicii. Neque reincipi de nouo poterat *Turnus*, niſi omnes et ſinguli nominationem interpoſuiſſent ſuam.

b) *Würdtwein* cit. pag. 44.

nonico juxta ingreſſum Capituli. „ Porro in forma juramenti, quod Canonicum ad Capitulum recipiendum oportebat deponere. *a*)„ Ego N. juro, quod non habebo vocem in Capitulo contradicendi infra annum a preſentis temporis mei receptione ad Capitulum, et quod ſuper ſedebo ordinationi facte per Capitulum de conferendis beneficiis hujus Eccleſie vel extra tam diu donec ordinatio collationis beneficiorum hujusmodi de nouo inchoetur. „ *b*) Et Paulo infra: „ Anno Domini MCCCLXXIIIjo. in profeſto ſancte Catharine in Capitulo generali concorditer concluſum eſt, capitulariter quod de cetero thornus nominationis ſeu preſentationis ad Vicarias et ad alia beneficia ſimplicia priusquam fuerit finitus ſemper debet incipi a Seniore Canonico Capitulari juxta ingreſſum Capituli.„

 CAPVT XIV.

a) Idem pag. 47.

b) Hodierni adhucdum mores tenent, receptum nouiter ad Capitulum plurimis *Germaniarum* in eccleſiis vno ſaltim anno, (in Cathedralibus frequenter vnus non ſufficit) voto et *Turni* juribus, aliisue emolumentis deſtitui. Hinc in eccleſia Collegiata heic *Bambergae* ad S. *Gangolphum* „ ſtatutum eſt, vt Neo-Capitularis per annum integrum voce et emolumentis capitularibus carere debeat, ita tamen, vt excipiatur Caſus, vbi eligendus eſt Decanus; in hac electione enim Capitularis etiam alias nondum actiuus virili tamen gaudet ſuffragio. „ Ita Author diſſert. de eccleſ. Colleg. de an. 1768 pag. 86. in not

CAPVT XIV.

Exempla vtriusque *Turni majoris* et *minoris* a Concordatorum natalitiis, ac poſt illa.

ARGVMENTVM.

Paragraphus. 100. *Ea Turni Diſciplina in Concordatis Germaniae probata.* 101. *Exemplum Turni majoris et minoris poſt Concordatorum aetatem.* 102. *Turnus minor ejusque renouatio.*

§. C.

EA *TVRNI* DISCIPLINA IN *CONCORDATIS* GERMANIAE PROBATA.

De tempore hactenus, quod *Concordatorum Germaniae* epocham multis anteuertit paraſangis, documenta in plenam meridiem dilucidantia adlata ſunt. Atque nunc *Concordatorum ipſorum* adſecuti ſumus aetatem, in qua pretioſiſſimam Capitulorum in *Turni* continuata diſciplina libertatem non modo non labefactatam, ſed et nouo quodam vigore conualidatam eſſe; inuictiſſime comprobat apertiſſimus eorundem textus, tenorque. *a*) „ Placet etiam Nobis, quod per quamcunque aliam reſeruationem, gratiam exſpectatiuam, aut quamuis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per Nos, vel auctoritate noſtra „ factam, vel faciendam, non impe-

a) Vid. de Riegger in Corp. Iur. Pag. 15. §. *Placet:* vbi Pontifex inducitur loquens. Concordata illa ab an. 1448. ſuam numerare aetatem, nemo eſt, qui neſciat.

impediamus Nos, quominus de illis, cum vacabunt de *Februarii*, *Aprilis*, *Junii*, *Auguſti*, *Octobris*, et *Decembris* menſibus, libere diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouiſio, praeſentatio, electio, ſeu quaeuis alia diſpoſitio pertinebat, reſeruatione, aliaue quauis diſpoſitione et auctoritate noſtra factis, vel faciendis, non obſtantibus quibuscunque. „ Nihil igitur protracta hanc vſque in aetatem Capitulorum libertas tulit praejudicii, quin potius in ſecuturam inde poſteritatem inlibata ſit perſtitura. Praeiuerat jam anno milleſimo quadringenteſimo decimo octauo *Martinus V.* in *Concordia Conſtantiae* III. *Maii* confecta cum Natione Germanica, qua Canonicorum *Turnum* intactum ſeruari praecipit atque inimpeditum: eo vero ex *Concordiae* Inſtrumento elapſo annorum triginta decurſu famigerata Germanorum Concordata omne ſuum *eſſe* conmutuaſſe, conferenti vtriuſque *Inſtrumenti* tenorem palam adparet. *a*) „ *De Monaſteriis Monialium*

 Papa

a) De Procuſa iſtiusmodi concordia vid. *Tom.* 5. CC. G. a. p. 27. ſeq Ibi. „ Concordata Conſtantiae anno Chriſti MCCCCXVIII. Martini V. Papae I. Sigismundi Reg. Rom. VII. (Intellige *anno*) Concordia facta in concilio Conſtantienſi inter *Martinum* Papam V. et *Nationem Germanicam*, de *eccleſiae vniuerſalis adminiſtratione*, a Iohanne Cardinali Oſtienſi, eccleſiae Romanae Vice-Cancellario, ſub ſigillo ipſius communicata eccleſiae Metropolitanae

Papa non diſponet niſi ſint exemta et tunc per Commiſſionem in partibus. De coeteris Dignitatibus et beneficiis quibuscunque ſaecularibus et Regularibus vacaturis vltra reſeruationes jam dictas majoribus dignitatibus poſt Pontificales in Cathedralibus et Principalibus in Collegiatis Eccleſiis exceptis de quibus jure ordinario prouideatur per illos inferiores ad quos alias pertinet, nec computentur in TVRNO ſeu VICE eorum. „ a) Item. b) „ Quotiens vero aliquo vacante beneficio cadente in VICE et gratia exſpectatiua non apparuerit infra tres menſes a die notae vacationis in loco beneficii quod alicui de illo ſecundum praedictas ordinationes fuerit Apoſtolica auctoritate prouiſum ordinarius vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinebit de illo libere diſponat nec ſibi in SVA VICE computetur.„

§. CI.

EXEMPLVM TVRNI MAJORIS ET MINORIS POST CONCORDATORVM AETATEM.

Nunc exemplis res eſt commonſtranda. Ad anni a nato Saluatore vltra milleſimum quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti auſpi-

Magdeburgenſi, Conſtantiae III. May, Pontificatus Martini V anno primo ;„ §vo autem octauo eum in modum differit. „

a) Interpunctiones noſtrae non ſunt, ſed vt in praefata Conciliorum collectione apud *Hartzheim* inueniuntur.

b) §. 10.

Digitized by Google

auſpicium in eccleſia Collegiata *Bingenſi*, *Moguntinae* Archidioeceſeos adhuc ignorabatur oeconomia *Turni*. Canonicatum praebendarumque prouiſione penes communem Capituli conlationem permanente: inde vero diſciplina *Turni*, vnanimi conſenſu die vigeſimo quinto Februarii inuehebatur. *a*) Ibi. „ In nomine Domini. Amen. Quoniam multa negotia ad Collegia vel vniuerſitates ſpectantia plus debito retardantur propter quod fidelibus animabus interdum ſurgunt pericula alieque inconuenientie pullulant diuino cultui onerofe *b*) hinc eſt quod *Thylmannus* Pape Schol. *Reynoldus*.... (nempe recenſentur ſinguli, numero ſeptem) Canonici Capitulares et Capitulum ea vice facientes et repraeſentantes eccleſiae ſancti *Martini* Pingvvenſis Moguntinenſis Dioeceſis praemiſſa in noſtro generali Capitulo celebrato vt moris eſt, ſepe ſepius voluentes et reuoluentes tandem ad vtilitatem et

 honorem

a) Apud *Würdtvvein* Tom. 1. Subs dipl. pag. 216. Prima eccleſiae hujus Collegiatae veſtigia laudatus modo ſcriptor Tom. 1. p. 338. deprehendit anno 1006; quo *Willigiſus* Archiepiſcopus Mogunt. eidem eccleſiae juſſit annuatim ſolui decem ſolidos ad vſum fratrum Deo ibidem ſeruitia ſua mancipantium. Id quod vitae communis indubitatum arbitror indicium. Propria ſtatuta obtento ordinarii conſenſu an. 1403. renouata lege ſis apud eundem mox citatum.

b) Exponuntur motiua *Turni*.

honorem prediĉte noſtre eccleſie pari conſenſu et vnanimi voluntate Capitulariter ad hoc congregati concordauimus, nullo penitus diſcrepante.... ordinamus vt omnes et ſinguli Canonicatus et prebende diĉte noſtre eccleſie, que communem Capituli ejusdem eccleſie collationem prouiſionem preſentationem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem vacationum temporibus, de jure et antiqua ac haĉtenus obſeruata et approbata conſuetudine ſpeĉtare et pertinere conſueuerunt, ac ſpeĉtant et pertinent de preſenti ex tunc vacantes vel inantea quotienscunque vacaturi nomine Capituli conferantur ad nominationem ſingulorum Canonicorum prebendatorum et Capitularium ſubſcriptorum per eos *ſucceſſiue* et *ſeriatim* juxta ordinem vt ſupponuntur faciendum videlicet *Thilmanni,...* (denuo omnes nominantur) ita videlicet *a*) quod dominus *Reinoldus*: ad Canonicatum et prebendam ex nunc vacantem vel quos inantea vacare contigerit per ſe vel procuratorem ſuum legitimum infra trium dierum ſpatium a tempore note vacationis hujusmodi apud diĉtam noſtram eccleſiam computando perſonam habilem et ydoneam nominabit coram duobus vel tribus aliis Capitularibus Canonicis ad cujus petitionem et nominationem Capitulum diĉte noſtre eccleſie Canoni-

a) Ex quibus intelligitur, tum conferentem, tum cum, cui confertur, vti poſſe procuratore.

nonicatum et prebendam hujusmodi ſtatim ac ſine mora taliter nominato vel ſuo procuratori legitimo pro eo conferre et aſſignare ac ad illos admittere eum in illorum poſſeſſionem inducere aliaque neceſſaria facere teneantur et debeant. Non obſtante ſi petens et nominans hujusmodi excommunicationis ſuſpenſionis et interdicti ſententiis foret innodatus. Aliis tamen ſtatutis ordinatiouibus et conſuetudinibus eccleſie noſtre ſemper ſaluis. Ad quam quidem collationem nec non ipſius nominati vel procuratoris ſui receptionem et admiſſionem etiam duo vel tres Canonici Capitulares preſentes ſufficiant. *a*) .... Verum ſi talis, quem tunc ordo nominandi tetigerit infra dictorum trium dierum ſpacium per ſe vel procuratorem ſuum hujusmodi taliter nominare negligeret ſeu etiam non curaret Ille ex tunc nominatione ſua priuatus exiſtat et ſequens cum immediate ſi vult nominet, alioquin ipſe ſequens exſpectet, ac Capitulum nullius alterius nominatione exſpectata vel admiſſa ex tunc de Canonicatu et prebenda ſic vacantibus liberam diſponendi facultatem habeant, *b*) legitur dein in contextu diſponendo circa *Turnum minorem*, ac ea omnia ſeruari praecipiuntur,

 quae

a) Pertinet illud ad modum, ſolemnitatemque beneficii conferendi.

b) Mulctatur Conlatoris negligentia.

Digitized by Google

quae in *Majòre* expoſtulata ſunt. Excipiuntur tamen ab hac regula quaedam altarium, Capellarumque beneficia communi Capituli totius collationi reſeruata: quibus accedunt ſequentia. „ Excludimus etiam in praemiſſis electiones perſonatuum, dignitatum ac officii cuſtodie ad nos communiter ſpectantes, de quibus in vacationum temporibus diſpoſitionem ſacrorum Canonum intendimus obobſeruare „ .... Neque praeterire, fas eſto, quod ſequitur. „ Eſt etiam adjectum quod ſi aliquis de nouo in Prelatum receptus fuerit ille in petendo et nominando locum ſuum tanquam Canonicus et non tanquam Prelatus in ordine promiſſo exſpectabit, et ſi Canonicus quauis de cauſſa ceſſauerit eſſe, ceſſet et jus quod in nominatione hujus habuit. „ *a)*

Prae reliquis hac in *TVRNI* diſpoſitione notatu eſt digniſſimum, quod Conlatori ne cenſuram quidem obeſſe, ſtatuatur; id quod ſuis ſub limitibus explicandum eſſe reor, quod videlicet ab eo jure nequeant auerruncari, qui excommunicati vitandi non ſunt. Illos autem ſolos autumo vitandos, qui

a) Videlicet in eo conlationis jure ac ordine conlatorem praecellentia Praelaturae, dignitatisue nihil juuat. Vnice in *Canonici* qualitatem intenditur. Similibus in negotiis continuo propria cuilibet eccleſiae ſtatuta pro Cynoſura ſunt reſpicienda; quid et quantum quemlibet continget.

Digitized by Google

qui publice, vel nominatim denuntiati fuerint: aut qui auſu temerario, ac manifeſto in perſonam Clerici, aut in res ei cohaerentes vim aliquam injurioſam intulerint, vt nulla poſſit hocce delictum tergiuerſatione celari, excuſariue: quam reſolutionem ſuadent verba *Conſtantienſis* Concilii a Comprobatorio Martini V. PP. calculo firmata *a*) „ Inſuper ad vitanda ſcandala, et multa pericula, ſubueniendumque conſcientiis, timoratis omnibus Chriſti fidelibus tenore praeſentium miſericorditer indulgemus, quod nemo deinceps a communione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis vel extra praetextu cujuscunque ſententiae, aut cenſurae eccleſiaſticae a jure vel ab homine generaliter promulgatae teneatur abſtinere, vel aliquem vitare ac interdictum eccleſiaſticum obſeruare: niſi ſententia vel cenſura hujusmodi fuerit in vel contra perſonam, Collegium, Vniuerſitatem, Eccleſiam, Communitatem, ut locum certum vel certa a Iudice publicata vel denuntiata ſpecialiter et expreſſe, conſtitutionibus Apoſtolicis et aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque. Saluo, ſiquem pro ſacrilegio et manuum injectione in Clerum ſententiam latam in Canone adeo notorie conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari,

a) Vid. Tom. 5, CC. G. p. 147.

lari, nec aliquo juris ſuffragio excuſari. Nam a communione illius, licet denuntiatus non fuerit, volumus abſtineri juxta Canonicas Sanctiones. „ Subfragantem quoque habemus *benedictum* XIV. *a*)

§. CII.

TVRNVS MINOR, EJVSQVE RENOVATIO.

Vt, quid rei ſit *Turni renouatio*, paucis circumſcribamus, ex communiter contingentibus illud eſt depromendum. Communiter *renouatio* accidit, dum ſubin vnus, alterue Capitularium carnis deponentes exuuias, fatis functi ſunt. Idem eſto, ſi Capitulares alio caſu Canonicatu, aut jure *Turni* excidant. Horum itaque in Vices neceſſario ſubintrant alii: quae ſucceſſio cum *Turni* poſt ſe inuehat immutationem, haec poſterior *Renouatio Turni* poteſt nuncupari. Quid eo in negotio diſpoſitionis ſoleat accidere, diſcamus ex Eccleſiae *Francofordienſis* Conſtituto, atque ex modo ſubjungendis exemplum perluſtremus *b*) „ Nos *Joannes vom Ryn* Cantor, *Haymannus Itzſtein*, *Philippus Rueker*, *Joannes Edinger*, et *Joannes Behinger* Canonici Capitulares Eccleſie ſancti Bartholomei Frankfurden-

a) De Syn. Dioeces. L. 12. c. 5. n. 4. Conſ. *Cabaſſ.* Iur. Con. Theor. et Praxi a. p. 443.

b) Ap. *Würdtwein* Tom. 1. ſubs. diplom. pag. 223. eſtque de anno 1521.

furdenſis Capitulum pro nunc conſtituentes, et repreſentantes, atteſtamur et notum facimus per preſentes.

„ Quia Venerabiles Dñi *Petrus Lapicide* Decanus, *Conradus Sprenger* Scholaſticus et *Jacobus Furſter* Cuſtos Canonici jam dicte Eccleſie poſt ordinationem de beneficiis conferendis et nominationibus fiendis per Nos erectam et factam ſuperuenerunt, et ad Capitulum juxta ſtatuta et conſuetudinem Eccleſie memorate recepti et admiſſi fuerunt, anteaque *reinceptio* ſeu *Incobatio* ſupradicte noſtre ordinationis per Seniorem fuerat ſubſecuta; vnde ex certis cauſis eosdem Dominos *Petrum Lapicide Decanum*, *Conradum Sprenger* Scholaſticum, et *Jacobum Furſter* Cuſtodem, vt Canonicos noſtros Capitulares habito prius ſuper eo tractatu Capitulari ad pretactam ordinationem tenore preſentium admittimus.

„ Ita videlicet, quod poſteaquam vltimus ſeu nouiſſimus ex nobis in preſenti ordinatione deſcriptus ad beneficium aliquod vacans nominauit ſeu preces ſuas porrexit, ex tunc dicti Dñi Prelati et Cuſtos in nominando, vel Canonici Capitulares immediate ſubſequi, et offerende ſe vacatione beneficiorum eccleſiaſticorum et ad nominandum ex ordine preces porrigere poſſint et valeant. Quibus quidem nominationibus per eosdem etiam factis et completis noua ordinatio de beneficiis conferendis juxta conſuetudi-

tudinem et ſtatuta Eccleſie erigatur, ordo autem inter dictos Prelatos et Cuſtodem beneficia eccleſiaſtica conferendi, et ad illa nominandi talis erit. Vt videlicet Dominus *Conradus Sprenger* inter ipſos tres inchoat deinde Dominus *Petrus Lapicide* Decanus, ſequitur, et vltimus erit Dñus *Jacobus Furſter* Cuſtos Canonici. *a*) . . . Datum in die ſancti Bonifacii anno Dñi milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo.„

Sed et denuo alia *Turni* reſtauratio potius quam *renouatio* in praelaudata *Francofordienſi* Eccleſia ab eodem authore *b*) relicta eſt poſteritati; ex qua pronum videtur, poſſe colligi, illam antedictam de anno 1523. renouationem, *Turnique* diſpoſitionem minus, quam oportuiſſet, obſeruatam fuiſſe, atque ideo opus erat, totam de *Turno minori*, quae anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo

a) Ecce! Eo tempore, quo adductis tribus Canonicis *Turni* jura indulta ſunt, exſpectandum illis erat, donec vetuſtiores ipſis ac ſeniores coeteri Canonico illis juribus fuiſſent vſi; atque quantumuis ii ipſi nouiter admiſſi *Praelatura*, *Perſonatu* ac *Officio* inſigniti extiterint, attamen ad illos non qua *tales*, ſed qua *Canonicos* reliquis juniores reſpiciebatur, dum exercendae illius in *Turno* facultatis dabatur locus.

b) Ap. eund. cit. p. 22. num. XXVII. quae inſtauratio in annum incidit milleſimum quingenteſimum quadrageſimum nonum.

Digitized by Google

mo (vid. §. 96.) condita fuerat, ordinationem inſtaurare, vt poſthac curatius ad exactas ejusdem regulas adtenderetur. Statuti ejuscemodi tenor idem eſt, quoad ſingula cum illo de anno 1371*mo*.

CAPVT XV.

Siſtit exempla *Turni errantis*: Variaque reſoluit circa *Turnum* dubia.

ARGVMENTVM.

Paragraphus 103. *Cauſſa introducti Turni errantis.*
104. *Exemplum primum Turni errantis.*
105. *Aliud exemplum.*
106. *Iterum aliud.*
107. *Cur Bambergae non ſint menſes Papales?*
108. *Quid de Canonicis in herbis ob Turnum?*
109. *Quid de Domicellaribus?*
110. *Quid de Canonicis natis?*
111. *Quid de Honorariis?*
112. *Quid de preciſta?*

§. CIII.

CAVSSA INTRODVCTI *TVRNI ERRANTIS.*

Antea, quam *Turni errantis* producamus exempla, declaranda breuibus eſt *Turni hujus* introducti cauſſa. Eadem vero ejusdem ſtatuendi obcurrunt motiua, quae ſeſe inſinuabant pro ſtabiliendo *Turno fixo.* Tum namque Canonicorum inter ſe ſeruanda charitas, tum variorum abuſuum pedetentim ſeſe

ſeſe ingerentium dira colluuies eam oeco-nomiam expoſtulabant. De feliciſſima ſibi ab initio ſorte Capitula gratulari poterant, ea liberrime agendi facultate nihil plane impedita vti in conferendis beneficiis, vt quouis menſe per majora ſuos deligerent Clericos. Aſt non per multos admodum annos ea libertas ita perſtitit, vt non nihil moleſtaretur. Duodecimo jam ſaeculo factum, quod Pontifices nonſolum et Epiſcopi, ſed et Reges, Principesque, quibus major adriſit potentia (velut in rebus adſolet euenire humanis) litteras, quas *Preces* compellare non diſplicuit, darent commendatitias ad Capitula eccleſiarum et ad Conlatores in fauorem vnius vel alterius perſonae, ſibi gratae, aut adprime meritae eum in finem, vt eidem praebendam actu vacantem aut vacaturam prae ceteris, qui eandem expoſtularent, conferrent. Ejusmodi nominis *precum* etymon dat intelligere, ab intercedentibus, precumue delatoribus praetendi perfectum adquirendi beneficii jus haut potuiſſe. Aſt cum nunquam non a vero nihil aberrauerit nota Paroemia: **Groſſer Herren Bitte ſind Befehle**: grauia ac ſubin fors adgrauantia Politiae argumenta rem eo deduxerunt, vt ejusmodi ſuperioribus ſiue eccleſiaſticis, ſiue profanis nihil deeſſet, ſiquid ab eis fuerat petitum. His politices regulis obuiabatur quidem periculo offendendo

dendorum Magnatum, nutriebatur quoque ſpes captandae Principum beneuolentiae; ac quodammodo Capitula eorundem erga ſe fauorem re abſe deuinciebant: Attamen ne frequentatae hujusmodi preces quid nimis ſubin molirentur, aut retundarent in exceſſus, laudata Capitula retentis ſiue Imperatoris, ſiue Epiſcopi *primis precibus* ea ſunt vſi oeconomia, vt conſuetis antea per vota majora electionibus Canonicorum abolitis ſubſtituerent *Turnos* aut *fixos*, *errantes*: quae res conditis hanc in rem ſtatutis rationabilibus majori robore firmata eſt. *Fixorum* exempla *Turnorum* producta ſunt duobus antecedentibus Capitibus: Nunc ad exempla *Turni errantis*, qui fors Canonicorum inter ſe concordiae paci ac charitati magis prouidet, quam fixus, progredimur.

In hujuscemodi rei dilucidationem juuabit proferre, quae ſcribit Claris: *Barthelius* a) Primus omnium *Adrianus* IV., qui Sedis Apoſtolicae culmen adiit anno 1154., poſtulaſſe videtur ab Epiſcopis et Capitulis praebendas, vel dignitates quasdam, quibus priuatos de eccleſia bene meritos *donaret*: Sic pro *Hugone* Cancellario *Franciae* rogauit Epiſcopum *Pariſienſem*, quatenus ei dignitatem in ſua eccleſia concederet; de qua re vide ep. 10. 11. 12. ibi. *Fraternitatem tuam pro his, qui nobis cari ſunt, rogare non* dubi-

a) Diſſert: praelim: de Conc. Germ. Sect. 3. n. 3

dubitamus etc. Cancellarius Regis Franciae Romanae Eccleſiae, et nobis, quantum deuotus et fidelis ſit, prudentiam tuam non credimus ignorare; inde eſt, quod illum Fraternitati tuae duximus plurimum commendandum, rogantes attentius, quatenus pro B. Petri et noſtrarum reuerentia litterarum, primum perſonatum vel honorem, qui in tua vacabit eccleſia, ei concedas, vt et ipſe noſtras ſibi preces ſentiat fructuoſas, et Nos de noſtrarum precum admiſſione gratiarum tibi exſoluere debeamus actiones. Miſſas facio reliquas ejusdem Pontificis litteras eo pertinentes, vt collatorum ſibi beneficiorum pacificam poſſeſſionem nancisceretur memoratus Cancellarius. „ Ex eodem *Barthelio a*) noto ſequentia. „ Venio ad eam, quae jam non commendationes, non preces, ſed mandatum praeferret; quaſi preces imperio miſceret. Fortaſſis jam *Pariſienſis* Epiſcopus viuere deſierat, quam implere poſſet, quod expeditum a Papa fuerat, ſcilicet, quod nulla tunc vacaſſet praebenda: Cum vacaret ergo *Praepoſitura*, eam a Pontifice ſibi flagitari peruicit idem Cancellarius, et his verbis quidem ab eodem Pontifice ad Capitulum datis ep. 24. ibi. *Vniuerſitati veſtrae praecipiendo, per Apoſtolica ſcripta mandamus, et mandando praecipimus, quatenus Praepoſituram, quae in Pariſienſi eccleſia, et domos, quae in Clauſtro ejuſdem eccleſiae de hinc primum vacauerint, ei concedatis. etc.* Exinde, quae

a) Idem loc. cit.

Digitized by Google

quae primum preces Pontificum, praecepta deinde fuere: nec alius eſt rerum humanarum curſus vſitatiſſimus. „ Ita ille. Vide eundem latius in idem argumentum excurrentem. Aliam adnecto notam *a)* „ Idem conſtat de tributis et collectis, ad quae primitus non erant obſtricti ſubditi, ſed in neceſſitatibus a Dominis territorialibus per *preces* adinſtar ſubſidii charitatiui efflagitabantur; vnde adhuc hodie nomen antiquum precum vulgo **deren Landbeeten** in variis Germaniae prouinciis ſupereſt.

§. CIV.

EXEMPLVM PRIMVM *TVRNI ERRANTIS.*

Primum Turni errantis exemplum eſto de Eccleſia Cathedrali Virceburgenſi ab anno 1765. vſque 1766. deſumtum ex D. *Würdtwvein* tom. 1. Subſ. diplom. p. 224. Num. XXVIII. id quod iiſdem verbis, quibus ipſe illud dedit, heic exhibemus, fide tota penes ipſum relicta.

TVRNVS ERRANS.

NOMINA REVERENDISS. ET ILLVSTRISS. DOM. DOM. CAPITVLARIVM ECCLESIAE CATHEDRALIS HERBIPOLENSIS

a) Ex claris. *DVRR* de benefic. Eccles: legit, perm. cap. 2.

POLENSIS A VIGILIA PVRIFICATIONIS B. V. M. ANNO 1765. VSQVE 1766.

DD. *Joannes Philippus Ludouicus Ignatius L. B. de et in Frankenſtein, Praepoſ. Herbip.*

DD. *Otto Philippus Erhardus Erneſtus Groſs de et in Trockau, Decanus.*

DD. *Joannes Godefridus Ignatius a Wolfskeel, Sen. et Jubil.*

DD. *Joannes Franciſcus Wolffgangus Damianus S. R. J. Comes ab Oſtein, Schol. et Jubil.*

DD. *Carolus Philippus Joannes Joſephus Zobel a Giebelſtatt, Vic. Gener. et Jubil.*

DD. *Wilhelmus Vdalricus L. B. a Guttenberg, Jubil.*

DD. *Joannes Philippus Fridericus Hartmannus Franciſcus a Roſenbach, Cantor et Jubil.*

DD. *Joannes Philippus Chriſtophorus Franciſcus Ignatius Cajetanus a Mauchenheim, dictus Bechtelsheim, Jubil.*

DD. *Philippus Rudolphus Henricus Joſephus a Rothenhan, Jubil.*

DD. *Lotharius Franciſcus Wilhelmus a Rotenhan.*

DD. *Joannes Philippus Carolus Antonius a Fechenbach, Officialis et Cellarius.*

DD. *Lotharius Franciſcus Melchior Philippus L. B. a Bettendorff.*

DD.

DD. Ioannes Iacobus Franciſcus Comes de et in Elz, dictus Fauſt de Stromberg.

DD. Ferdinandus Chriſtophorus Petrus L. B. a Sickingen, Cuſtos.

DD. Philippus Antonius Chriſtophorus Erneſtus L. B. a Guttenberg.

DD. Wilhelmus Jacobus de Rhein.

DD. Maximilianus Joannes Jacobus L. B. a Sickingen.

DD. Carolus Fridericus Wilhelmus L. B. ab Erthal de Leuzendorf.

DD. Lotharius Franciſcus Philippus Carolus Henricus a Greiffenclau de Vollraths.

DD. Joannes Joſephus Henricus Erneſtus a Würzburg.

DD. Carolus Dietericus Joſephus L. B. a Guttenberg.

DD. Lotharius Franciſcus Comes de Ingelheim, dictus Echter a Meſpelbrunn.

DD. Joannes Carolus Antonius Comes a Stadion et Thanhauſen.

DD. Franciſcus Ludouicus Carolus de et ab Erthal.

ORDO ET MODVS.

CONFERENDI PRAEBENDAS IN ECCLESIA CATHEDRALI HERBIPOLENSI AB HORA QVARTA POMERIDIANA

NA DIEI 7. JANVARII 1765. VSQVE 2. JANVARII 1766. ET DICTAM HORAM ILLIVS DIEI POMERIDIANAM QVARTAM INCLVSIVE, QVEM SEQVENTES ITA OBSERVABVNT, VT VNICVIQVE 30. DIES CONTINVI PRO SVO TVRNO COMPETANT.

DD. Philippus Joannes Fridericus Hartmannus Franciſcus a Roſenbach, Cantor et Jubil. habet et numerat ſuos 30. Dies vſque 6. Februarii 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Joannes Philippus Ludouicus Ignatius L. B. de et in Franckenſtein Praepoſitus Herbipolenſis, habet et numerat ſuos 30. Dies vſque 8. Martii 1765, et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Joannes Philippns Chriſtophorus Franciſcus Ignatius Cajetanus a Mauchenheim dictus Bechtolsheim, Jubil. habet et numerat ſuos 30. dies vſque 7. Aprilis 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Philippus Rudolphus Henricus Joſephus a Rothenhan, Jubil. habet et numerat ſuos 30. Dies vſque 7. Maii 1765 et horam quartam pomeridianam illius Diei incluſiue, et ab illa

DD. Lotharius Franciſcus Wilhelmus a Rothenhan, habet et numerat ſuos 30. Dies vſque 6.

Junii

Digitized by Google

Junii 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Joannes Philippus Carolus Antonius a Fechenbach, Officialis et Cellarius, habet et numerat ſuos 30. dies vſque 6. Julii 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab ilia

DD. Otto Philippus Erhardus Erneſtus Groſs de et in Trockau, Decanus, habet et numerat ſuos 30. dies vsque 5. Auguſti 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Lotharius Franciſcus Melchior Philippus L. B. a Bettendorf, habet et numerat ſuos 30. dies vſque 4. Septembris 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Joannes Jacobus Franciſcus Comes de et in Elz, dictus Fauſt de Stromberg, habet et numerat ſuos 30. dies vſque 4. Octobris 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Ferdinandus Chriſtophorus Petrus L. B. a Sickingen, Cuſtos, habet et numerat ſuos 30. dies vſque 3. Nouembris 1765 et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Philippus Antonius Chriſtophorus Erneſtus L. B. a Guttenberg, habet et numerat ſuos 30. dies vſque 3. Decembris 1765. et horam quartam pomeridianam illius diei incluſiue, et ab illa

DD. Wilhelmus Jacobus de Rhein, habet et nume-

numerat ſuos 30. *dies vſque* 2. *Januarii* 1766. *et horam quartam illius diei incluſiue.*

Vides itaque, ex viginti quatuor Reuerendiſſimi et inluſtriſſimi illius Capituli membris duodecim duntaxat, ſeu mediam Capitularium partem pro anno 1765. jura obtinuiſſe *Turni*. Pars altera *Turno* ſubſequentis anni inſerta eſt. *Praepoſitus* vero et *Decanus* non pro ordine ſuae dignitatis, ſed pro ordine Senii, id eſt, pro ordine, quo fuerant ſuſcepti ad Capitulum, jura quoque *Turni* exercent. Iſte vero *Turnus* eſt *Turnus major errans*. Porro perſpicimus, quod in Eccleſia hacce Cathedrali Reuerendiſſimo et Celſiſſimo Ordinario *Turnus* haut competat; quantumuis aliis in Eccleſiis eidem lex pro *Turno* menſes obueniant. Plura declaratum ibimus in ſubſequentibus.

§. CV.

ALIVD TVRNI MAJORIS ERRANTIS EXEMPLVM.

Non injucundum eſſe arbitrabar, adponere aliud *Turni majoris exemplum*, depromtum ex laudato ſupra Würdvveinio tom. 4. ſubſ. diplom. p. 214. Num. XL. in cujus fide absque piaculo perſiſtimus. Eſt autem ſequens.

TVRNVS CANONICATVVM ET PRAEBENDARVM PERILLVSTRIS CAPITVLI

LI ECCLESIAE EQVESTRIS AD S. BVRKARDVM WIRCEBVRGI PRO ANNO MDCCLXXIII.

I. Menſis *Januarius* eſt Reuerendiſſimi ac Celſiſſimi Domini D. Ordinarii.

II. *Februarius* pro prima dimidia parte eſt D. Franciſci Theodori L. B. Mohr a Wald, Cantoris: pro altera parte eſt D. Franciſci Henrici Benedicti Alexii L. B. ab Andlau.

III. *Martius* eſt Reuerendiſſimi ac Celſiſſimi Domini D. Ordinarii.

IV. *Aprilis* pro prima dimidia parte eſt D. Joannis Caroli Joſephi de Horneck a Weinheim: pro altera parte eſt D. Philippi Erneſti Henrici Caroli Antonii Leonardi Voit a Salzburg.

V. *Majus* eſt Reuerendiſſimi ac Celſiſſimi Domini D. Ordinarii.

VI. *Junius*. Pro prima dimidia parte eſt D. Anſelmi Philippi Friderici Groſs de et in Trockau: pro altera parte eſt D. Hartmanni Wilhelmi Franciſci de Mauchenheim, dicti Bechtolsheim, Decani, Cellarii et Senioris.

VII. *Julius* eſt Reuerendiſſimi ac Celſiſſimi Domini D. Ordinarii.

VIII. *Auguſtus*. Pro prima dimidia parte eſt D. Danielis Joannis Antonii, Epiſcopi

Z 5 Sigen-

Digitized by Google

Sigenſis, et Suffraganei Wirceburgenſis, Cuſtodis: pro altera parte eſt D. Conſtantini Antonii Philippi L. B. de Ritter a Grünſtein, Scholaſtici.

IX. *September.* Eſt Reuerendiſſimi ac Celſiſſimi Domini D. Ordinarii.

X. *October.* Pro prima dimidia parte eſt D. Franciſci Theodori L. B. Mohr a Wald. Cantoris: Pro altera parte eſt D. Franciſci Henrici Benedicti Alexii ab Andlau.

XI. *Nouember* eſt Reuerendiſſimi ac Celſiſſimi Domini D. Ordinarii.

XII. *December.* Pro prima dimidia parte eſt D. Joannes Caroli Joſephi de Horneck a Weinheim: pro altera parte eſt D. Philippi Erneſti Henrici Caroli Antonii Leonardi Voit a Salzburg.

HVIC *TVRNO* ERRANTI MAJORI SVBSEQVENTES ADJVNGIT NOTAS LAVDATVS *WVRDTWEINIVS.*

I. Rmus Princeps Epiſcopus Wirceburgenſis qua ordinarius confert Canonicatus et praebendas hujus Eccleſiae Equeſtris Vacantes in menſibus ſex, nempe: Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri, Nouembri. Epiſcopus in Cathedrali ſua nullas confert praebendas.

II. In reliquis ſex menſibus, ſcilicet Februario, Aprili, Junio, Auguſto, Octobri et

et Decembri dictae Eccleſiae Equeſtris Canonici Capitulares nominant ad Canonicatus et praebendas vacantes.

III. Cuilibet Capitulari competit facultas nominandi per vnam medietatem menſis.

IV. Computatur medietas menſis ad horae vltimae minutum vltimum.

V. Duae in hac Equeſtri praefulgent dignitates, Praepoſitura et Decanatus, quae ſunt ſingulis menſibus eligibiles.

VI. Cuſtodia, Scholaſteria et Cantoria dignitates non ſunt; quouis menſe eliguntur: et Cuſtodes, Scholaſtici et Cantores manent in ordine Canonicorum ſecundum ſenium.

VII. *Turnarius* nominat ad Canonicatus et praebendas, quotquot vacauerint in ſua medietate menſis.

VIII. Quodſi *Turnarius* obierit, ſequens *Turnarius* nominat ad hanc praebendam vacantem, et manet in reſiduo medietatis *Turni Turnarii* defuncti: dein ſuccedit alter *Turnarius* proxime ſequens. Sic rem habeto. Primam medietatem *Februarii* habet *Titius*: alteram *Sempronius*: primam medietatem Aprilis Moeuius. Sexta *Februarii* moritur *Titius*: ad praebendam *Titii* nominat *Sempronius*; et manet in *Turno* vſque ad finem primae medietatis *Februarii*. Succedit nunc

Digitized by Google

in altera medietate *Februarii Moeuius*, et ſic ſequentes, alter alterius praecedentis medietatem occupant. In Cathedrali ibidem (videlicet Herbipoli) ad *Turnarii* obeuntis praebendam nominat ſequens, cujus 30. dies computantur ab hora obitus *Turnarii*.

IX. *Turnarius* fieri non poteſt, niſi qui per triennium fuerit Canonicus Capitularis etc. Haec ordinatio etiam locum habet in Cathedrali *Wirceburgenſi*. Hae igitur ſunt notae praecitati Authoris.

Eam circa rem ſi aut modicum, aut oculo perfunctorio vagari liceat, duplex intercidit dubium. Primum. Quid in caſu; Si Turnarius penultimo vel vltimo etiam medietatis ſuae die ſuis defungeretur fatis; Num ſequens pro altera medietate *Turnarius* ſola illa die perſiſtat in *Turno*, et mox, ſequentem alteram medietatem relinquere cogatur ſibi ſuccedenti? *Alterum*. Quid? ſi quis Canonicorum ea nocte vel etiam die, quo vnius finiretur *Turnarii* medietas, atque alterius medietas inchoaretur, fortuito caſu ita reperiretur mortuus, quin ſciri queat, an in medietate finiente, an inchoante deceſſerit, manente ſemper mortis hora dubia? Quis tunc jura exercebit *Turni*? An *Turnarius* finiens? vtrum inchoans?

Ad hoc haut difficilis erit reſponſio, ſi quid

quid pro caſu ſimili ſtatuto quodam inueniatur conſtabilitum: id quod, quin obmoueri quidpiam valeat, obſeruandum. Deficiente tamen ordinatione ſi forſitan amicabilis non adrideat negotii compoſitio, ſaluo omni judicio meliori reſpondendum poſſe arbitror, atque equidem ad *Primum. Turnarium* illum, cum fructibus *Turni* jam reapſe fruatur, dum confert defuncti Turnarii praebendam, ſolo illo vnius diei ſpatio contentum et facile eſſe poſſe, et debere. Statutum ſicquidem ſubponitur ſimpliciter, ſolam illam medietatis reliquae partem immediate ſubcedenti pro *Turno* deberi: neque obeſſe videtur temporis exiguitas; quanquam illud fors breuiſſimum ſit, in ſuo tamen effectu prorſus magnum, atque conſiderabile, cum *Turnarius* ille immediate defunctum ſubſequens de *Turni* fructibus ſibi gratulari queat, vtputa quod ſibi conferendae praebendae jam ſit parta facultas. *Alterum* dubium hac forſitan reſponſione valet ſuſtolli, quod inchoans *Turnum* fructibus *Turni* ſit beandus; quum eundem juuet poſſeſſio, in qua manuteneri illum oporteat. Siquidem defunctus repertus eſſe ſubponatur tempore *Turni* inchoati, quo tempore inchoans jure fruitur ac fructibus *Turni*, a cujus poſſeſſione *Turnarius* finiens, finito ſuo tempore jam fuerat excuſſus. Probet igitur hic iſte, Canonicum tempore finientis *Turni* ſui ceſſiſſe

fatis:

ſatis: atque tali pacto excutiat poſſeſſorem inchoantem. Si non: hic perſtiturus eſt ſua in poſſeſſione. Quod ad horologium adtinet, pulſus horologii principalis loci v. g. Cathedralis in dubio erit conſulendus.

Hactenus de *Turno errante Majore.* Demus quoque exemplum *Turni errantis minoris*, quale eadem in Eccleſia ſubpeditat nobis idem Author eodem ſub numero his verbis:

SEQVITVR TVRNVS VICARIARVM ET PAROCHIARVM.

I. *Januarius* eſt D. Anſelmi Philippi Friderici Grois de et in Trockau.

II. *Februarius* eſt D. Hartmanni Wilhelmi Franciſci de Mauchenheim, dicti Bechtolsheim, Decani, Cellarii, et Senioris.

III. *Martius* eſt D. Danielis Joannis Antonii, Epiſcopi Sigenſis, et Suffraganei Wirceburgenſis, Cuſtodis.

IV. *Aprilis* eſt D. Conſtantini Antonii Philippi L. B. de Ritter a Grünſtein, Scholaſtici.

V. *Majus* eſt D. Franciſci Theodori L. B Mohr a Wald, Cantoris.

VI *Junius* eſt D. Franciſci Henrici Benedicti Alexii L. B. ab Andlau.

VII. *Julius* eſt D. Joannis Caroli Joſephi de Horneck Weinheim.

VIII.

VIII. *Auguſtus* eſt D. Philippi Erneſti Henrici Caroli Antonii Leonardi Voit a Salzburg.

IX. *September* eſt Domini Anſelmi Philippi Friderici Groſs de et in Trockau.

X. *October* eſt D. Hartmanni Wilhelmi Franciſci de Mauchenheim, dicti Bechtolsheim, Decani, Cellarii, Senioris.

XI. *Nouember* eſt D. Danielis, Joannis, Antonii, Epiſcopi Sigenſis, et Suffraganei, Wirceburgenſis, Cuſtodis.

XII. *December* eſt D. Conſtantini Antonii Philippi L. B. de Ritter a Grünſtein, Scholaſtici.

Ex his modo datis exemplis facile eſt diſpicere, neque omnium eccleſiarum, neque ſingulorum beneficiorum eandem eſſe diſciplinam: Cujuslibet in ſingulari eccleſiae, etiam quum eadem in vrbe plures eſſe contingit, mores, ſtatuta, conſuetudines conſulantur, neceſſe eſt. Sic vidimus in eccleſia Cathedrali Wirceburgenſi Perilluſtrem D. Praepoſitum gaudere *Turno*, non vero in Equeſtri ad S. Burkardum; vbi Celſiſſimus ordinarius *Turni majoris* tot numerat menſes, quot reliqui DD. Capitulares inſimul, *minore* tamen *Turno* toto penes Capitulum remanente. Item in eccleſia Cathedrali ibidem, in qua viginti quatuor connumerantur Capitulares, totum difluere biennium, quo

quo quisque ſuo vſus eſt *Turni* jure: apud S. *Burkardum* vero aliqui bis in anno eo jure potiuntur, praecipue quod *tunc* plures octo non fuerint Capitulares, *Turni* juribus fruiti. Has reliquasue inter aliarum et aliarum eccleſiarum *Turnos* diſcrepantias ac diſſimilitudines lector adtenta mente haut difficulter inueſtigando conmenſurabit.

§. CVI.

ALIVD EXEMLVM.

Aliud, idque nouiſſimum eſto exemplum patrium pro hoc, quo haec ſcribo, atque antecedente anno emanatum, quod iis ipſis, quibus prodiit verbis, adponamus.

MENSES AD CONFERENDVM IN IMPERIALI BAMBERGENSI ECCLESIA A DIE 5. DECEMBRIS 1775 INCLVSIVE VSQVE AD 28. DECEMBRIS 1776 INCLVSIVE.

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus. D. Ioannes Carolus Ioſephus ab Horneck de Weinheim, habet et numerat ſuos 30. dies a 5. Decembris 1775. incluſiue vsque ad 3. Ianuarii 1776, et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reverendus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus D. Fridericus Chriſtophorus Nepomucenus Wildericus S. R. I. Comes de Walderdorff, habet

bet et numerat ſuos 30 dies vsque ad 2. Februarii et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus D. Ioannes Carolus L. B. a Guttenberg, habet et numerat ſuos 30 dies vsque ad 3 Martii et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris, et Gratioſus Dominus D. Carolus Philippus Rudolphus Ioſephus L. B. de Bibra, habet et numerat ſuos 30. dies vsque ad 2. Aprilis, et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus, excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus D. Otto Philippus Erhardus Erneſtus Groſs de et in Trockau, Cantor, Senior et Iubilaeus, habet et numerat ſuos 30 dies usque ad 2. May et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus D. Ioannes Philippus L. B. de et a Guttenberg, Cellarius et Iubilaeus, habet et numerat ſuos 30. dies vsque ad 1. Iunii et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Reuerendiſſimus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus, D. Adalbertus Philippus ab Hutten in Stolzenberg,

Praepo-

Praepoſitus, et Iubilaeus, habet et numerat ſuos 30. dies usque ad 1. Iulii et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Eminentiſſimus Dominus D. Archiepiſcopus et Elector Moguntinus Fridericus Carolus Joſephus L. B. de et ab Erthal, Jubilaeus et Scholaſticus, habet et numerat ſuos 30 dies usque ad 31. Iulii et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus D. Ioannes Philippus Ludouicus Ignatius L. B. a. Franckenſtein, Iubilaeus et Cuſtos, habet et numerat ſuos 30 dies usque ad 30 Auguſti et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Reuerendiſſimus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus D. Philippus Erneſtus Henricus Carolus Antonius Leonardus Voit a Salzburg, Decanus, et Iubilaeus habet et numerat ſuos 30 dies usque ad 29. Septembris, et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus Perilluſtris et Gratioſus Dominus D. Carolus Theodoricus Ioſephus L. B. a Guttenberg, habet et numerat ſuos 30 dies vsque ad 29 Octobris, et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plu-

Plurimnm Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus D. Carolus Fridericus Wilhelmus de et ab Erthal, habet et numerat ſuos 30 dies vsque ad 28 Nouembris, et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus D. Franciſcus Ludouicus Carolus Philippus Antonius de et ab Erthal, habet et numerat ſuos 30 dies vsque ad 28 Decembris et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue.

IDEM TVRNVS A DIE 29 DECEMBRIS 1776. INCLVSIVE VSQVE AD 23 DECEMBRIS 1777. INCLVSIVE.

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Chriſtophorus Franciſcus Vitus Chriſtianus Daniel a Buſeck habet et numerat ſuos 30 dies a 29 Decembris 1776. incluſie vſque ad 27 Ianuarii 1777. et duodecimam horam noctis ſequentis incluſiue, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Adolphus Franciſcus Wolfgangus Eckenbertus Cammerer a Vorms L. B. de Dalberg, habet et numerat ſuos 30 dies vsque ad 26 Februarii et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

 Plu-

Plurimum Reuerendus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus, D. Ioannes Philippus Carolus S. R. I. Comes a Stadion et Thannhauſen, habet et numerat ſuos 30 dies vsque 28 Martii et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Ioannes Ioſephus Henricus Erneſtus a Würzburg, habet et numerat ſuos 30 dies vsque 27 Aprilis et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris ac Gratioſus Dominus, D. Ludouicus Bernardus Wilhelmus Ioannes Ioſephus a Redvviz, habet et numerat ſuos 30 dies vsque 27 Maii, et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Ioſephus Carolus Georgius ab Hutten in Stolzenberg, habet et numerat ſuos 30 dies vsque 26 Iunii et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Carolus Ioſephus ab Horneck de Weinheim, habet et numerat ſuos 30 dies vsque 26 Iulii, et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus et Gratioſus Dominus, D. Fri-

dericus

dericus Chriſtophorus Nepomucenus Wildericus S. R. I. Comes de Walderdorff, habet et numerat ſuos 30 dies vsque 25 Auguſti et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Ioannes Philippus Antonius a Schaumberg, habet et numerat ſuos 30 dies vſque 24 Septembris et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Ioannes Carolus L. B. a Guttenberg, habet et numerat ſuos 30 dies vſque 24 Octobris, et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Perilluſtris et Gratioſus Dominus, D. Carolus Philippus Rudolphus Ioſephus L. B. de et a Bibra, habet et numerat ſuos 30 dies vſque 23 Nouembris, et duodecimam horam noctis ſequentis, et ab illa

Plurimum Reuerendus, Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus, et Gratioſus Dominus, D. Otto Philippus Erhardus Erneſtus Groſſ de et in Trokau, Cantor, Senior, et Iubilaeus, habet et numerat ſuos 30 dies vsque 23 Decembris et duodecimam horam noctis incluſiue, et ab illa

Vtriuſque anni praeteriti et praeſentis *Turnum* eo ſtudio adjicimus, quo magis perſpectus ejusdem Ordo exhibeatur.

I. Duodecim igitur Rmi Capitulares ſingulis annis exercent jura *Turni*, reliquis octo in annum ſequentem exſpectantibus: Vniuerſim enim ſunt Canonici Capitulares viginti. Nec S. Pontifex, nec Celſiſſimus Ordinarius eadem in Eccleſia ſibi de hoc *Turni* jure gratulari poſſunt. Ille vero *Turnus* ſolos adtingit Canonicatus ac Praebendas, neutiquam vero Dignitates, Perſonatus, Officia.

II. Duae ibidem ſunt Praelaturae eccleſiaſticae, *Praepoſitura* et *Decanatus*, quae ambae via conferuntur electionis. *Decanatus* equidem prout juris communis fert diſpoſitio. De Praepoſitura vero quis rerum non bene gnarus ſubdubitare poſſet; Siquidem non pauci ſint Iuris Canonici Doctores, qui ſtatuunt, eccleſiarum Cathedralium Germaniae *Praepoſituras* inter reſeruata in *Concordatis* noſtris ſummae Sedi beneficia eſſe connumerandas, quam opinionem alii recentiores jurium interpretatores aut omnino excutere, aut collectis vndequaque viribus ac ſubſidiis adleuare connituntur: Aſt ea res *Bambergae* difficultate caret. Ita enim pacifice cum Sede

Apo-

Apoſtolica conuentum eſt, vt neque petito prius indulto Capitulum Cathedrale electione Canonica *Praepoſitum* conſtituat.

III. Porro *Scholaſteriam*, atque *Canthoriam* confert Celſiſſimus Epiſcopus: velut et *Praebendam liberam* (heic dictam die Reit-Pfründ, qua quis donatus absque eo, quod reſidere cogatur, redditibus tamen impune fruitur; atque fors alibi idem eſt, ac *Canonicus a latere*) quae Bambergae vſum obtinuit, quamuis non omnibus Germaniae eccleſiis cognita ſit. Illuſtriſſ. Praepoſitus confert officia *Cuſtodis*, et *Cellarii*, ſicut et das Rögel-Amt.

IV. Quantum concernit *Turnum minorem*, Rmi Capitulares conferunt quatuor *Summiſſariatus*, atque duos *Diaconatus*, *Subdiaconatusque*, prout cuilibet alias currit *Turnus*. *Vicariae* atque *altaria* variis conferuntur aliis nodis, in quibus multum obtinuit *Jus Paronatus*.

V. Canonicus Cathedralis, vt *Turni* gaueat juribus, ſit trium annorum ſpatio Caitularis, oportet: infra quos annos tum *ocis* in Capitulo, tum reddituum, vt ajunt, *roſſorum*, manet extorris. Ad Capitulum ero ante annum vigeſimum quartum interuſus eſt acceſſus. Si *Turnarium* tempore *urni ſui* fatis defungi contingeret, *jus Turni*

 ad-

adquirit ſuccedens, eo modo, vt ſuos triginta dies inde a morte praecedentis connumerandos proſequeretur.

VI. In Eccleſiis hujatibus Collegiatis inſignibus ſimiliter vſum recepit *Turnus errans*, alia tamen proceditur ratione, ac in Eccleſia Imperiali Cathedrali. Etenim quantumuis menſium Papalium, quibus S. Pontifex in conferendis beneficiis alibi alternat cum Canonicis conlatoribus, nulla heic habeatur ratio, iisdem tamen in menſibus, in quibus alibi intercedit authoritas Papae, ſimili jure vtitur Celſiſſimus Ordinarius, velut ſupra (§. 105) exemplum produximus de Eccleſia Equeſtri *Herbipolenſi*. Reuerendisſimi Praepoſiti in iisdem Collegiatis *Turno* deſtituuntur. Hujuscemodi *Praepoſiturae* dignitas non ſubeſt liberis eligentium votis; ſed ad conlationem pertinet Celſiſ. Ordinarii. Perſonatus, officia, Vicariae, altaria, etc. eam reſpiciunt oeconomiam, quam eccleſia quaelibet ſibi propriam, ac velut in lares domeſticos ſuſceptam conſtabiliuit vi ſtatutorum authoritate legitima firmatorum. In eccleſia ad S. *Gangolphum Praepoſitus Scholaſticum* nominat, *Cuſtodem* et *Cellarium*, ex gremio Capituli ſeligendos. *a*)

Idem obtinet in eccleſia inſigni ad S. *Stephanum*, etc. vbi duo, quos ibidem numerant, Vicarii eliguntur a Capitulo. Profecto jus *Turni*, juſque eligendi *Decanum* ſunt ex praecipuis

a) Author diſſ. cit. pag. 84.

Digitized by Google

cipuis characteribus alicuius eccleſiae Collegiatae, vt *Inſignis* compellari queat. De aliis eccleſſiae *Inſignis* notis principalioribus agit diſſertatio laudata. *a)*

Sic e. g. Capitulum ejuscemodi Collegiatae Inſiniguis „ Si ſub Decano vtpote directore proprio congregatum fuerit, veraa gaudet inſtantia prima de omnibus ac ſingulis cauſſis, Perſonisque vel mediate, vel immediate ad eccleſiam pertinentibus .... Ius Syndici et Sigilli „ etc. *b)*

§. CVII.

CVR IN ECCLESIIS BAMBERGESIBVS PAPA NON GAVDEAT *TVRNO*? SIVE: CVR IBIDEM MENSES PAPALES NON HABEANT LOCVM?

I. Siquis foret, qui ſciſcitari percuperet, quid cauſſae ſit, quod in eccleſiis *Bambergenſibus*, ſiue Cathedrali, ſiue Collegiatis ignorentur menſes Papales, in multis tamen aliis Germaniae eccleſiis ſecundum Concordatorum conuentiones vſu recepti fuerint ac ciuitate donati? Reſponſionis loco venit vetuſtiſima diuque praeſcipta conſuetudo, ob quam priuilegium jure praeſubponi valet.

Textus Concordatorum eſt ſequens. „ Item ſanctiſſimus Dominus noſter per quamcunque aliam reſeruationem, gratiam exſpectatiuam, aut quamuis aliam diſpoſitionem ſub quacunque verborum forma, per eum,

A a 5 aut

a) pag. 30. et 71.
b) Vid. loc. cit.

aut ejus auctoritate factam vel fiendam, non impediet, quo minus de illis, cum vacabunt de menſibus Februarii, Aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris, et Decembris, libere diſponatur per illos, ad quos collatio, prouiſio, praeſentatio, electio aut alia quaeuis diſpoſitio Pertinebit. Reſeruationibus aliis aut promiſſis ac diſpoſitionibus auctoritate ejusdem Domini noſtri Papae factis vel faciendis, non obſtantibus quibuscunque. Quotiens vero aliquo vacante beneficio de menſibus Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris, et Nouembris ſpecialiter diſpoſitioni Apoſtolicae ſedis reſeruatis, non apparuerit intra tres menſes a die notae vacationis in loco beneficii, quod alicui de Apoſtolica auctoritate fuerit prouiſum, ex tunc et non antea, Ordinarius vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponat. *a*)

II. Quid? quod Papam in hac dioeceſi *Bambergenſi* vix vnquam vſum fuiſſe reſeruationibus quoad praecipue menſes, velut tamen illae in alias Germaniarum Prouincias inuectas nouimus, diſcimus ex Annalibus *Bambergenſibus b*) in *Thimone*, *Bambergenſi* Praeſule. Ibi. „ Is Othonis ſui exemplum imitatus

a) Concordata ap. de *Riegger* In Corp. I. P. E. pag. 69. §. 5.

b) *Hoffmannus* in Annal. ap. de *Ludvvig* Volum. I. pag. 141.

tus altero poſt electionem anno (nempe 1193.) beneficia Eccleſiae nouis muneribus ampliare aggreſſus, certum quoddam genus panum, quos *Lab*, vel *Laib* vocant, in ſingulos annos diſtribuendos ordinauit, et ſequenti anno a Pontifice (erat is *Innocentius* III.) priuilegium elicuit, quo Pontifex pro magnitudine poteſtatis ſuae ſanxit, ne Epiſcopus aut Clerus *Bambergenſis* ad receptionem ſiue prouiſionem alicujus in beneficiis eccleſiaſticis, vel penſionibus obnoxius eſſet: vel per *Apoſtolicas*, aut Legatorum Sedis Apoſtolicae litteras ad id compelli poſſet, niſi eaedem litterae *plenam* et *expreſſam* de indulgentia hujusmodi ac receptorum vel prouiſionum mentionem facerent. „ Hucusque *Hoffmannus*. Ex quo, puto, facile poſſe inferri, multa induſtria, ſpecialiſſimoque opus fuiſſe Sedis Apoſtolicae fauore, ſiquis obtinendi NB. ab hac ſacra Sede in Eccleſia *Bambergenſi* beneficii ſpe gauderet, poſſet, reſeruationibus videlicet Pontificiis longiſſime ſemotis. Plura fors complectuntur ſcinia Archiuii *Bambergenſis*, ad quod mihi haut patet acceſſus.

VNICVM TAMEN SOLVM EX EODEM ARCHIVIO PRODVCENDI EXEMPLVM, SORS OBTIGIT; ESTQVE SEQVENTIS TENORIS.

„ Inocentius Eps̄ Seruus Seruoꝝ dei. Dilectis filiis.

P̄poſíto. Decano / ⁊ Capitulo Babenb'geñ. Salt̄ ⁊ aplicam benedict̄. Paci et tranquillítatí ūre obtentu precum venerabılís fratrıs n nrı. Ep̄í Babenberḡ paterna uolentes ſollícıtudíne prouidere / auctorıtate uob' p̄ſentíum índulgemus / ut ad receptionē vt ꝓuíſionem alıcuius ín ecclíaſtıcís benefıcııs ſeu penſıonib9 per litt'as apoſtolıcas vel legatoꝝ apoſtolıce ſedis compellí míníme ualeatís / níſí eedem lıtt'e de índulgētıa huíuſmodí / et receptoꝝ ac ꝓuíſıonum ín eccłıa ueſtra numero / plenam et exp̄ſſam fecerint

cerint mentionem· Nulli ergo omnino hominū liceat hanc pagina nre ɔceſſionis infringere / uſ ei auſu temerario contraire· Siquis aūt hoc attēptare pſumpſerit / indignationē omnipotētis dei / ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nou it incurſurum· Dat Lugduȳ Non· Auguſt· Pontificatus nr̄i· anno ſexto· „

III. Productus vero Concordatorum textus ita nihil Bambergenſibus adfert praejudicii, vt potius, ſi in ipſum animaduertamus contextum, noſtrum firmet adſertum. En ibi: „Item ad finem, vt haec ordinatio collationis beneficiorum non reſeruatorum per alternos menſes poſſit per Nationem publicari, et omnes, qui ipſa gaudere voluerint, tempus congruum habeant, eandem acceptandi, tunc quoad Apoſtolicam Sedem in Kalendis Junii proxime futuris ipſa currere

re incipiet, durabitque deinceps „ etc. *a*) En qui ipſa Papae alternatiua gaudere *voluerint.* Volupe autem non erat *Bambergenſibus*, ea cum reliquis Germaniae Eccleſiis alternatiua conlaetari, vtpote quum ab aliquot retro ſaeculis pinguiora prorſus priuilegia ſibi parta nouerant, magisque illis propitia fuerat *Roma* antiquior Innocentii III. aetate, quam recentior in Epocha Concordatorum.

IV. Si fors objicias: R'mos Praepoſitos Eccleſiae Imperialis Collegiatae ad S. *Stephanum* a fine duodecimi ſaeculi vsque ad medium ſaeculi decimi ſexti fuiſſe a Sede Romana conſtitutos, quorum omnium primus erat laudatus ſupra *Thimo* Epiſcopus, ante Throni ſui Epiſcopalis conſcenſum ad S. *Stephanum* Praepoſitus *b*) id quod luculento ſeruit argumento, reſeruationes Pontificias in iſtiusmodi Epiſcopatu obtinuiſſe vſum. Repono ab uno vel altero beneficio conſequentiam ad alia, atque ad menſes precipue papales non eſſe

a) Ap. de *Riegger* cit. pag. 69. §. 6.

b) Videatur *Anonymus* in ſeinen Bamb. Wahrſager de an. 1744. pag. 10, in cujus fide heic ſubſiſtimus. Num. 29. Qui auſpicium ducendo a *Thimone*, ante annum 1192. Praepſitum eccleſiae ad S. *Stephanum*, per viginti ſeptem proſequitur Praepoſitos, authoritate Pontificia juxta eundem conſtitutos, vsque ad annum 1557; finiendo in *Antonio Welſer*.

eſſe deducendam: Imo quum menſium Pontificiorum nullum adpareat veſtigium, eosdem ibidem neque cognitos fuiſſe, exiſtimandum eſt. Porro huc facit, illis a Pontifice factis Praeſentationibus, temporis delapſu a Celſiſſimo Ordinario, quamuis non ſemota omni cum Romana Curia controuerſia, fuiſſe contradictum *a*) alio fors non ex motiuo, quam quod facultas nominandi in Eccleſiis inſignibus collegiatis, penes ordinarium permanens a vetuſtiori Epocha ſuam trahat originem, partaque ſubponat priuilegia. Profecto in Eccleſia Collegiata ad S. *Gangolphum* „ ex jure antiquiſſimo proprio *b*) totum hujus Eccleſiae Capitulum per ſex menſes anni turnum

a) De quo itidem videatur cit. *Anonymus* a pag. 81. ſeq.

b) Vid. Diſſert. ſaepe laud. pag. 74. Vbi totus ſtatuti tenor exhibetur. Pauca adnectamus. „ *Singulariter ſinguli Canonici Capitulares in Capitulo vocem habentes, et in loco praeſentes vel de conſenſu totius, vel majoris partis Capituli ejusdem, ſiue ex beneficio certi ſtatuti abſentes eodem, quali pro tempore ſupra ſingulos diuiſimus, ordine habeant menſes, ita quidem, vt illi, qui primam habet vocem in Capitulo, primus cedat menſis, habenti vero vocem ſecundo loco, veniat menſis immediate ſubſequens, et ſic de aliis ſingulis ſummatim* „ etc. Praecipitur quoque ibidem; vt Turnarius ſex intra dies notae *vacationis* vel per ſe, vel per legitime conſtitutum procuratorem ad praebendam nominet, alias pro illa vice jure iſto ad Canonicum ſubſequentem deuoluendo. etc.

turnum habebat, vi cujus ad vacantem iisdem menſibus praebendam communi omnium ſuffragio perſonam praeeligebat, atque nominabat. Aſt anno 1444. Canonici conſultius judicabant, nouum *Turni* ordinem inſtitui, quo ſinguli mutuis vicibus tali jure gaudere poſſent; quem in finem in Conſtitutione Capitulari rem deliberantes, et ſequens ſtatutum cum conſenſu Ordinarii tunc temporis ſtatuerunt. „ En! ea jam rerum viciſſitudine, non obſtantibus ferme vbique inuectis Pontificum reſeruationibus totius anni menſes Reuendiſſimum Ordinarium inter et Capitula, Capitulique membra aequali ſex menſium menſura erant diſpertiti. Id quod ſtatutum non modo anteuertit Concordatorum epocham, ſed et prouocat ad antiquiora prorſus ſtatuta. *a*) Similiter ex ordine recenſeri poſſunt DD. Praepoſiti laudatae iſtius inſignis eccleſiae ab anno 148., quorum plurimi continuo erant Canonici Eccleſiae Cathedralis imperialis *Bamberg.*, alii vero pauci ex Clero *Bambergenſi* reliquo *b*) indicio vero nequaquam abſimili, Praepoſituram ibidem plura ante Concordata ſaecula extitiſſe conlationis Epiſcopalis, non Papalis. Accedit, quod ſacri Praeſules fundatam, vt ajunt, ha.

a) Scilicet per verba. *Ex jure antiquiſſimo proprio.*

b) Diſſert. cit. a pag. 85.

habeant in jure conferendorum beneficiorum intentionem, poteſtatemque: Frequentes quoque iidem fuerunt eccleſiarum aut fundatores, aut dotatores, benefactoresque ſingulares. Quid igitur mirum ſit, eosdem conſtituendorum Canonicorum jura cum Capitulo, id quod et ipſum vtilitati atque neceſſitati propriae per electionem potiſſimum digniorum membrorum proſpiciat, oportet, ferme aequaliter diſpertitos fuiſſe.

§. CVIII.
VTRVM CANONICI *IN HERBIS* GAVDEANT JVRE *TVRNI*?

Dum vitae inter Clericos communi nuntium miſſum fuerat, quoddam ſuſcitatum eſt Canonicorum genus, qui *exſpectantes* compellabantur, vel vulgo Canonici *in herbis*. Fundis enim ac redditibus eccleſiarum in partes ſingulas penes Canonicos euntibus plures ſupra numerum ſuſcepti ſunt Canonici ad officium et miniſterium eccleſiae, locum etiam in choro, ac Capitulo, quin praebenda gaudere permitterentur, nanciſcebantur: Vnde realiſſima illa *Canoniam* inter et *Praebendam* nata eſt diſtinctio. Quantumuis vero ea Canonicorum diuerſitas, ac numerus ſuam extra orbitam

 egreſ-

egreſſus pro eccleſiarum ſplendore nonnihil decoris adferret, ac eorundem origo obliquis ſuſpicionibus, aut reprehenſionibus careret, temporis tamen decurſu tum ambitionis tum auaritiae peruerſitas eum vſum conuertit in abuſum, ac in fomitem luctus et abominationis, cui malo ab eccleſia, vt ſuperius (§. 80.) vidimus, ſua ſunt adlata remedia. Sejungendi autem ſunt *Canonici in herbis* ab Canonicis *Domicellaribus*, vtpote quibus ſua eſt Praebenda Domicellaris: neque perſiſtendo in regula hi locum nanciſcuntur in Capitulo antea, quam euadant reapſe Capitulares. Iſta exſpectantium oeconomia in paucis conſeruata eſt Germaniae eccleſiis. Obtinet in eccleſia Cathedrali *Leodienſi*; *a*) vbi ejuscemodi dantur Canonici *in herbis*, voto nihilominus in Capitulo gaudentès, quamuis pro tempore praebenda, cujus intuitu ſolummodo exſpectatiui ſunt, deſtituantur. Hujus generis igitur Canonicis, Canonia atque praebenda potitis, majoribusque ordinibus inſignitis acceſſus eſt ad Capitulum, et ſtallum in Choro conceſſum, vt actuales merito vocentur, atque ſint Canonici, exſpectantes praebendam ad tempus, quo quae vacauerit, eosque ſenii ordo vocauerit: atque iſti reſpectiue Capitulares, *in herbis* nuncupati,

a) Id fide Cl. D. *Dürr* adſeueramus de capit. claus. §. 15. vbi illud recenſet,

pati, contradiſtinguuntur ab Canonicis Capitularibus *in floribus* aut *fructibus*, quod hi poſtremi Canonia ſimul et plena fruantur praebenda, ſeu majoribus fructibus, juribus, redditibus.

Iſtis ergo praelibatis reſpondetur ad quaeſtionem. Praeſcindendo a conſuetudine praecipue ſtatuto firmata, contraria (quam in qualibet eccleſia continuo aliam et aliam eſſe, atque ideo ſemper conſulendam, ratio dictat, et neceſſitas imperat) Canonicus *in herbis* juribus *Turni* non gaudet. Ratio in procinctu eſt, quod ejusmodi jura inter fructus beneficiarios, ſeu praebendatarios ac emolumenta merito ſint reputanda; quibus quum, ſicut praebenda ipſa, per tempus manet deſtitutus; ita nec eo vti jure erit conceſſum. Fortaſſe alia poterit eſſe congruitatis ratio iſta, quod neque qui ipſum Capitulum ingreſſi jam ſunt, mox a tempore ingreſſus hocce *Turni* jure frui permittuntur, niſi poſt unius, vel plurium etiam annorum decurſum; ab eodem igitur conuenientiori prorſus oeconomia abſtinebit Canonicus *reſpectiue* Capitularis ſeu *exſpectans.* Aſt quid multum circumuagamur in his, quae pendent ab *uſu Magiſtro*, qui cuicunque ſuam tribuit ſecundum cujuslibet eccleſiae laudabilia ſtatuta, ac praeceptiones.

Digitized by Google

§. CIX.

AN DOMICELLARES EO GAVDEANT *TVRNI* JVRE, AC FAVORE?

Reſpondetur: Non gaudere. Neque ea in re ſtatuenda aliqua ſe prodit difficultas, eoquod illi fauoribus, juribùsque Capitularibus, quale eſt *jus Turni*, gaudere nullibi ſint permiſſi, quid quid fortaſſe aliquando ſubgeſſerit mos in ecclesia *Moguntina*, vbi nimium tolerans inrepſerat indulgentia ſexto inſuſcipiendis ad Capitularia, Capitulorumque acta Domicellaribus, qui tamen ipſe reprobam ſuſtinere debuit in Concilio *Moguntino* de anno 1549, quod ingredienti huic facilitâti peſſulum obduxit capite octuageſimo ſexto ex capitulis ad mores pertinentibus: ibi. „ Hactenus in eccleſiis Cathedralibus et Collegiatis (ſaltem in ea parte, qua majores noſtri, non ſine magna ratione, juniores Canonicos, quos *Domicellares* vocant, non ſtatim, vt beneficia acceperint, ad Capitula admitti, ſed ad tempus ſub jugo Praelatorum detineri voluerunt) ſatis negligenter aduigilatum eſſe, non ſine eccleſiarum pernicie, ſentimus: dum hi, quibus ea cura incumbit, ad ſtudia et mores domicellarium parum attendentes; ſi modo Domicellares certum tempus in beneficii poſſeſſione exegiſſent, aut pecuniam, pro emancipatione conſtitutam, numeraſſent; ſine ampliori de-

lectu

lectu quoſuis ad Capitula admiſerunt, etiam eos, quos nec vitae honeſtate, nec doctrina ſatis idoneos, aut eccleſiis vtiles futuros norint. Vnde fit, vt interdum eccleſiae, minus vtili Canonicorum turba oneratae, nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus debitis obſequiis adminiſtrentur. Quarum indemnitati conſulere volentes, Praelatorum, Capitulorum, et aliorum, quorum intereſt, conſcientias duximus onerandas: hisque diſtricte praecipiendo injungimus, vt in poſterum non ſecundam praetenſam conſuetudinem (quae hac in parte vt eccleſiis pernicioſa, irrationabilis, aut potius corruptela cenſenda eſt) quoslibet, ſed ſecundum conſcientiam idoneos tantum, et dignos, ad Capitula, praeſertim Metropoliticum et Cathedralia admittant: prauis vero moribus deditos, et ignauos tantiſper a Capitulari dignitate et emolumento arceant, donec emendatione vitae locum hunc mereri videbuntur: aut ſi contra omnem emendationem praefracti, et incorrigibiles ſe exhibere perſeuerauerint; ad dimiſſionem beneficiorum remediis juris, tanquam inhabiles et inſufficientes, ac minus idoneos prorſus cogant. Qua conſtitutione noſtra et ipſis Praelatis et Capitulis, vt officio ſuo diligentius inuigilent, et juuentuti eccleſiasticae, vt vitae, ingeniique cultum accu-

 ratiore

ratiore ſtudio capeſſant, occaſionem praeſtari arbitramur. „ *a*)

Ais forſan: Haut infrequenter ceſſare rationem in Concilio adlegatam, ſaltim tunc, quum Domicellares non pauci, velut communiter accidere adſolet, non aetate ſolum et moribus graues, ſed et tum ſcientia, tum rerum experientia praepollentes inueniuntur. Cui reponimus: Sit etiam iſtud. Nihil obſtat. Sunt etenim eccleſiarum quoque ſtatuta, ordinationesque ſaluberrimae, non iſto ſolo, ſed multiplici motiuo ſubnixae, legitimae, conſtantes, quibus nec contrauenire, nec contraueniri volunt eccleſiarum ſalus, membrorum vnio, animorum conjunctio et charitas, Praeſulum adſenſus, imo et ſummorum Imperantium ea ſtatuta firma volentium authoritas, ac ſtudium, ſollicitudoque adpromiſſa.

§. CX.

QVID INTVITV *TVRNI* OBVENIAT CANONICIS NATIS?

Ante reſponſionem aduertimus: *Canonicum natum* compellamus illum, qui ſuſcepta quadam dignitate, in alia, quam vbi *Canonicus natus* eſt, eccleſia, praecedente quodam facto, v. g. pacto, in aliqua eccleſia euadit in *Canonicum natum*, ſemotis quibuscunque aliis de coetero reſpectu aliorum

a) Vid. Tom. 6. CC. Germ. pag. 588.

rum requiſitis, ita ut alibi hac vel illa potitum eſſe dignitate, idem ſit, ac in alia quadam eccleſia ſimul eſſe *Canonicum*, canonica iſta dignitate, illi dignitati alibi ſuſceptae adnexa. Rem ponamus in exemplo: *Bonifacius* Benedictinus inferioris *Altahae* in *Bavaria* Religioſus eligitur eo in monaſterio in Abbatem. Haec ejusdem in Abbatem electio reddit ſimul eundem Canonicum natum in eccleſia Cathedrali Imperiali *Bambergenſi*, ex pacto publico eccleſiam illam inter et Abbatiam praelaudatam. *a*) Nunc

Reſpondetur. Nihil de *Turni* in eccleſia Bambergenſi jure obtingit *Canonico nato*, praeter honoris Canonicalis praerogatiuam, ac Conlateralis Epiſcopalis ornamentum: quandoquidem, velut nihil ad eum pertinet de *Canoniae* aut *Praebendae* fructibus, redditibus, vocis actiuae ſiue paſſiuae juribus, ita nec de illis, quae *Turni* reſpiciunt circumvolutiones, ſaluo tamen de reliquo Vaſallatico, ac certae ſubjectionis nexu, et mutuae ex parte celſiſſimi Epiſcopi obligationis.

 „In

a) In originem primigeniam hujuſcemodi nexus eo loci, nunc non eſt, latius diuagari. Praetermittere tamen noluimus, quin quidpiam ſaltim in ejus rei declarationem producamus ex Diplomate Epiſcopi *Bambergenſis Eberhardi* de anno 1153. quarto nonas Februarii.

Digitized by Google

„ In nomine SSSmae Trinitatis. Eberhardus Dei gratia Bamb. Eccleſiae Epiſcopus...... Dominus,... Boleslaus venerabilis Abbas Altenſis Monaſterii inſpirante Deo cum Monachorum et Clericorum ſuorum pariterque Miniſterialium honeſtiſſimo Comitatu, Nos et eccleſiam noſtram adiit, et in ſolenni celebratione Purificationis B. V. Mariae Altenſis Monaſterii ditionem nobis recognouit, et ejus inueſtituram a nobis recepit, conſentientibus vniuerſis Altenſibus, qui aderant pro ſe et Monachis abſentibus, Clericis et Miniſterialibus. Nos quoque praedictum Abbatem virum nobilem tam moribus, quam genere in Confratrem ac Canonicum prae coeteris Abbatibus conſenſu totius Capituli noſtri recepimus, et eum, ſucceſſoresque ejus Abbates Nobis et noſtris Succeſſoribus Collaterales ſemper eſſe decreuimus. De coetero ſtatuimus, vt Monachi, Clerici et Miniſteriales ſine diſtributione permaneant vnuſquiſque in ſuo ordine, et nulli Succeſſorum noſtrorum liceat illis inuitis aut tollere, quae ſua ſunt, et jura eorum,... ex conſenſu communi commutare,, etc. etc. Qualiter denuo nexus ejuscemodi repetitum acceperint robur, valoremque ex diplomate Caeſareo *Friderici* I. Imp. de anno 116.. vide in recenti codice diplomatico *Bambergenſi* de anno 1774. num. 62. „ Ibi „ In nomine ſancte et indiuidue Tri-

Trinitatis Fridericus.... Imperator Auguſtus.... ſciri volumus ab omnibus per vniuerſum Imperium noſtrum.... qualiter Eberhardus Babenbergenſis continuo et fideli ſeruicio emeruit. Vt ſibi ſuisque Succeſſoribus et Eccleſiae Babenbergenſi traderem Monaſterium Altaha quod in Epiſcopatu Patauienſi. in pago.... Hac occaſione.... monaſterium illud cum aduocatia et miniſterialibus et integraliter cum omnibus illuc pertinentibus que noſtri juris erant. tam eccleſiaſticis quam ſecularibus prenominato *Eberhardo* Babenbergenſi Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus et eccleſie Babenbergenſi ſubjecimus. omne jus noſtrum inibi intuitu pietatis eo transferentes. „ etc. Vid. Cod. cit.

§. CXI.

QVID INTVITV CANONICORVM *HONORARIORVM?*

Idem, quod mox de Canonicis *natis*, proniore omnium conſenſu ſtatuendum de Canonicis *honorariis*, ad quos jura *Turni* pertinere non poſſunt. tum quod ſolum *honoris gratia* aliquam in eccleſiam ſoleant recipi vt Canonici; Tum quod ſimilis *honor* Principes etiam Laicos frequenter adficiat, ac comitetur, velut antiquitate non ſolum, ſed et recentiore praxi proditum eſt de ſummis in Imperio Dominantibus, qui in

ecclesia Aquisgranensi etc.... *Canonici* audiunt, videlicet *Honorarii.* a)

a) *Boehmerus* I. E. P. Lib. 3. Tit. 1. num. 88. de his ita commentatur: „Non omnium Canonicorum eadem eſt ratio, idemque Status: alii proprie ſunt *Canonici*, alii minus proprie. Illis officia eccleſiaſtica injuncta, propter quae beneficium ſeu praebendam accipiunt, ſuntque Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, etc. et ita olim officia his injuncta peragebant. Hi vero *honoris* tantum *gatia* Canonicis adſcripti ſunt (cum Collegium Canonicorum admodum illuſtre ſucceſſu temporis factum, et ſic haut mirandum ſit, nonnullos etiam *honoris* tantum *gratia* Canonicatus ambiuiſſe (ſine officio Clericis proprio, vt vt praebenda quoque *honoris* et ſingularis *cultus gratia* iis aſſignata fuerit. His accenſeo Imperatores et Reges Canonicos. Olim, ſimul ac Imperator *Romae* a Papa eſſet coronatus, factus eſt Canonicus S. *Petri.* Origo hujus inſtituti forſan adſcribenda *Henrico* ſancto, de quo *Mutius* Lib. XIV. Chron. *Germ.* pag. 109. ita ait. *Cum forte Argentinae eſſet aliquando, Ceremoniaeque et preces, et ſacerdotum illi arriderent, conſors eorum regulae, vt ſic loquamur, factus eſt. Sed inſtituta pro ſacerdote viro probo praebenda, qui Regis in ſacris eſſet Vicarius.* Plenius hanc rem enarrat *Iacob* de Königshouen in Chron. Alſat. et Argentor. c II. §. 163. aitque. Donoch kam dieſer Kaiſer gen Straſburg, do geviel ime die ordenunge, und die Regul der Dum Herren zu der hohen ſtifft zu unſerer Frauen Münſter alſo wohl, daſ er ſelber mit den Herren ir Brüderſchafft und ir regul wolte halten, wenn es hohe Grafen und Friegen warent, und ein heilig ſeelig leben fürtent, mit ſingende und leſende, und Gottesdienſt zu beginde. Do widerrietent ime des Riches Fürſten, daß er das nicht mögte

gethun, von bekümmernisſe ſeines Riches, daſ er mit groſen Kummer in Frieden hielt Do machte er riche Pfründe uff derſelben ſtifft, und ordente: ſit er nit ſelber mögte bi den Dom-Herren bliben, daſ aber einer, der dieſelbe Pfründe hätte, ſolte an des Künigs ſtatt uff den Kor für in ſingen und leſen; darum heiſſet noch dieſelbe Pfründe des Künigs-Pfründe. Paulatim alia collegia eccleſiarum Cathedralium hoc ad imitationem traxerunt, et Imperatores in conſortium ſuum cooptarunt, non ſine ſpe lucri aliorumque commodorum inde obtinendorum. Sic *Henricum* V. a Collegio *Leodienſi* in fratrem cooptatum eſſe, refert *Anton. Mathaei* Lib. II de Nobil. c. 48. pag. 744. Idem adducit chartam ineditam, vnde apparet, Capitulum S. *Martini* Majoris eccleſiae *Trajectenſis*, communi electione et Canonica Imperatorem pro tempore exiſtentem, et eorum ſucceſſores in Canonicos illius et fratres elegiſſe, faciendo, vt additur, praebendam ipſius debitum officiari per duos ſacerdotes a Rege ſeu Imperatore inſtituendos, qui pro Regibus, Imperatoribus et tranquilitate pacis regni dominum inceſſanter exorarent...... Quod vero Aquisgrani, quo ex inſtituto veteri coronatio fieri debet, Canonicus quoque fiat, forſan exemplo Romanae Coronationis inualuit, ſub qua a Canonicis S. Petri in Canonicum recipitur. Liquet hoc ex conſtitutione Clementis V. apud *Odoric. Reynald:* ad an. 1311. quae ſolennia coronationis Romanae a veteribus Romanae eccleſiae monumentis excerpta exhibet.„ Hucuſque *Boehmerus*. Aſt contra eundem facit, quod ſcribit eruditiſſimus *Thomaſſinus*, qui a longe vetuſtiori temporum Epocha ducit Canonicorum Laicorum calculum, atque initium a *Carolo* M. auſpicatur. Vid. eund *Thomaſſ.* part. 1. Lib. 3. cap. 64. per totum.

§. CXII.

QVID ? SI *PRECISTA* CONCVRRAT CVM *TVRNARIO*?

In Regula locum eſſe ſemper Preciſtae, ſiue *Turnarius* ſit Pontifex, ſiue Ordinarius, ſiue quis ex Capitularibus, nemo eſt, qui ambigat, dummodo ea praeſtiterit Preciſta, quae ab eodem praeſtanda ſunt; de eo vero differendi, nunc non eſt locus. Ratio ambabus palpatur manibus, ſiquidem alias nihilum ineſſet vtilitatis ipſis *Precibus*; ac ſi deferre non oporteret Preciſtae comparenti, ſuo prorſus fruſtrarentur effectu preces Caeſareae, id quod, niſi in ſupremam Imperatoriam Authoritatem nefas committere velis, ſuſtinendum non eſt. Attamen non infrequenter preces valore ſuo redduntur extorres, de quo Inluſtris *Paulus Joſephus* de *Riegger a*) in hunc modum. „ Etſi verum ſit, conceſſionem primariarum precum vires ſuas etiam vltra mortem concedentis exſerere, in dubium tamen vocari non poteſt, quin morte Preciſtae exſpirent: quod et tum dicendum eſt, cum is aut expreſſe eis renunciat, aut tacite eas repudiat, ſiue intra menſem non acceptando beneficium, ſeu executionem precum non urgendo, aut patiendo alte-

a) Inſtit. Iurisp. eccles. part. 1. ſect. 3. cap. 3. §. 545. Edit. Vienn. de an. 1765.

Digitized by Google

alterum tempore poſteriorem beneficio potiri ; aliudue quid agat, quo cum beneficium vna in ſede morari nequit. „ Vtrum autem ex hoc adſerto inferri queat, Preciſtam etiam optionem habentem, ſuo excidere jure tunc, quum vacationis haut inſcius, quantumuis ſe pro prima vice inſinuaſſet, atque etiam declaraſſet, ſe ab adquiſitione primi beneficii vacaturi abſtenturum, exſpectaturumque aliud; illo autem altero denuo vacante nihil declaraſſet, et vltronee ac ſua ſponte et hujus vacationis denuo haut ignorans introire alium ſecundum permiſiſſet in beneficium, quo *Turnarii* gratia ille potitus fuiſſet: ita quidem, vt non tantum pro iis vicibus, ſed omnino, et in perpetuum ab optione beneficii excluſus maneat? Non putem ſaltim vniuerſaliter illud eſſe ſtatuendum, quum juxta mentem Conſilii Imperialis aulici preces debeant habere effectum. Aliud foret de particulari quadam conſuetudine in hac vel illa Eccleſia, quemadmodum perſpectum eſt, totam vim primariarum precum ex conſuetudine eſſe dimetiendam, ſicut quaedam Eccleſiae de conſuetudine liberae ſunt omnino ab eo primariarum precum onere: aliae non largiuntur Preciſtae amplius optionem, ſi ſciens beneficium primo vacans intra menſem non optauerit: etc. Vnde, quod quidam JCti hortamenti loco ſubjiciunt, eſt, ut *Preciſta* jure *optionis* potitus prouideat, quo ſingulis vacantis beneficii

ficii vicibus per Notarium et teſtes Conlatori et Capitulo ſuam declaret voluntatem, ac interpoſita proteſtatione jura precum conſeruet, ea cautela negligentiae notam euitaturus. Alii autem aduertunt ſequentia. „ Preces Imperiales ſpectant tantum ad modos obtinendi beneficia in *Germania* ex conſuetudine receptos; modus autem hic non in praejudicium actu jam antea praebendatorum.... fuit introductus, vnde et *Preciſta Imperialis* in regula ſpectato jure, ejusque Analogia majores praerogatiuas, quam alii ad beneficia alio legitimo modo praeſentati, praetendere nequit, ſed in omnibus juri communi Canonico, Statutis eccleſiarum, et obſeruantiis adinſtar aliorum beneficiandorum ſe adcommodare tenetur. „ *a*) Idem, qua ſubin firmitate ſubſtiterint eccleſiarum Capitula, in Turnariorum jure vindicando, producit iſtiusmodi verba. „ Miranda erat eatenus Capitulorum eccleſiarum Metropolitanarum *Moguntinae* et *Treuirenſis*, nec non Cathedralis *Wirceburgenſis* conſtantia, quae ſolae priſtinae tenaces libertatis vsque ad initium praeſentis ſaeculi *Preces Imperiales* nunquam admiſerant, ſed illas nouiſſimis demum temporibus ad captandam beneuolentiam Imperialem acceptarunt, in ſpecie autem, prout ex actis conſtat, ſemper vrgebat

gebat

a) Clariſ. *Dürr.* diſſert, de Benefic. eccleſ. author. episc, permutato etc. in Tom, 5. Theſaur. D. Schmitt. pag. 280.

gebat Capitulum Metropol. *Moguntinum*, quod Imperator jam perpetuus ſit *Praebendae regiae* collator; adeoque non duplici onerari poſſit donominatione Capitulum. „ *a*)

(*a* Idem loc. cit.

Haec, quae de *Turni* origine, progreſſu, ac varia ejusdem ratione ac oeconomia adlata hactenus ſunt, ſatis in finem a nobis praeſtitutum facere queunt. Illa ea mentis ſinceritate, atque absque animi minus moderati adfectu ita nos congeſiſſe arbitramur, vt ne in cujusquam vergere praejudicium poſſint. Si tamen quid calamo exciderit, quod aequo haut poſſe tolerari animo, non nemo exiſtimauerit, illud pro reuocato haberi, obteſtamur cum pleniſſima ad eccleſiae Catholicae judicium ſubjectione.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

A.

Allodium quid? pag. 4
Alltahenſis Abbas, Canonicus *natus* eccleſ. Cath. *Bambergae* pag. 391.
Annus clauſtralis. 207 209.
Apocriſiarii 52.
Apoſtoli diſpenſatores bonorum. 55. ſeq.

B.

Bambergae recipitur vita Clericorum communis 187 191.
Quando ibidem ceſſauerit. 240. ſeq.
Baſilicae Martyrum. 48.
Benedictiones. 14.
Beneficiarii. 49.
Beneficiorum conferendorum alia ratio a tempore Inſtituti *Crodegangici.* 203.
Beneficiorum pluralitas prohibita. 270.
Beneficiorum redditus. 13.
Beneficiorum veſtigia. 36. ſeq.
Beneficium quid nominis. 2.
Quid rei? ibid.
Quotuplex? 3.
Militare. 3.
Officii ibid.
Eccleſiaſticum 4.
Ruſticum ibid.
Beneficium quid modo ſit? 309.
Quid Eccleſia circa illud? 4. ſeq.
Beneficium ab ordine indiſtinctum 25. 64.
Beneficium ciuitatis. 44.
Pagi. Poſſeſſionis. ibid.
Monaſterii. 45.
Martyrii. ibid.
Biuia. 39.
Brephotropia. 45.
Bonorum Eccleſiaſticorum partitio 67. 76. 218. 266.

C.

Canonici Domicellares an gaudeant jure *Turni?* 388.
Canonici in *Herbis* an habeant jus *Turni?* 385.
Canonici honorarii quid? 391.
Quinam hi? 394.
Canonici *nati* qui? 390. Vtrum gaudeant jure *Turni?* Ibid.
Canonici poteſtatem habent conferendi beneficia. 268.
Canonici qualiter ſuſcepti fuerint? 204.
Canonicorum duplex claſſis. 211.
Canonicum Monaſteria qualia fuerint. 200.
Sunt poſtea dicta Capitula 201. 240. 264. 273. 285.
Canonicus quid? 91.
Canonicorum Origo 92.
Cantores. 50.
Capellae. 43.
Capiſcolus. 209.
Capitula Cathedralia cum veteri Eccleſiae Senatu adfinitatem habent. 239. ſeq.
Capitula accipiunt poteſtatem conferendi praebendas, beneficia. 268. 273.
Capitula ſtatuta condere queunt. 290.
Qualiter id fieri debeat? 294.
Catechiſtae. 51.
Chriſtianorum largitas. 6. ſeq. Habent bona communia. Ibid. et 58.
Cinerarii qui? 62. 49.
Clericorum ordinationes. ſeq.
Clericorum communis vita qualis tempore Apoſtolorum. 143. ſeq.
Quid de eadem a ſaeculo quarto, et quinto. 154.
Quid ſaeculo ſexto. 165.
Quid ſaeculo ſeptimo? 169.
Octauo? 173.
Clericorum vitae communis adprobatio. 179. ſeq.

Re-

Receptio ejusdem. 182.
Et quare? 186.
Quale fuerit illud vitae genus? 195. 245.
An fuerit vere et proprie Monachale? 197. ſeq.
Clericorum ab Auguſtino inſtitutorum duplex genus. 160. ſeq.
Coemeteria. 47.
Collectae quid? 20.
Conſiſtorium ſacrum. 330.
Copiatae. 51.
Crodegangus quis? 173. 177.
Eſt vitae communis Auctor. 174. ſeq.
Crodegangici Inſtituti relaxatio 232. ſeq. 245. ſeq.
Remanſit apud Domicellares. 258.
Cubicularii. 47.
Cuſtodes Martyrum. 51.

D.

Decimae. 18. 23.
Defenſores eccleſiarum, pauperum. 51.
Diaconi diſpenſant bona Eccleſiae. 55.
Diaconiſſae. 15. 58.
Dies ſolis, dominicus. 36. 37.
Domicellares qui? 213.
Droudi qui? 227.
Druthe. Ibid.

E.

Emancipatio quid? 216.
Qualiter fiat? Ibid.
Epiſcopi habent poteſtatem conferendi beneficia. 25.
Non tamen ſoli. 29. ſeq.
Diſpenſant bona Eccleſiae 56. ſeq. 95. ſeq. 120. ſeq.
Epiſcopi milites. 227.
Eſſeni. 145.
Eſſenorum diſtinctio 146.

Digitized by Google

Eulogia. 41.
Exſpectatiuae prohibitae. 269.

F.

Fanones. 17.
Fermentum. 41.
Fideles apud tumulos Martyrum ſepulti. 48.
Foſſarii. 51.
Fundi Eccleſiae. 11. 12.
Eorum partitio. 71. 76. 84. 88. ſeq.

G.

Gerontomica. 45.
Guas quid? 227

H.

Hermeneutae. 51.

L.

Laborantes. 51.
Labra. 39.
Largitas Chriſtianorum. 6. ſeq.
Largitiones. 23.

M.

Martyria. 45.
Memoria Martyrum. 48.
Menſa Canonicorum. 215.
Menſae Epiſcopalis ſeparatio a menſa Canonicorum. Ibid.
Menſes Papales Bambergae non habent locum. 307.
Menſurnae. 21. 59.
Miſſaticum. 218.

Miſſi

Miſſi Dominici Ibid.
Monumenta Martyrum. 48.

N.

Nominatio vtilis. 302.
Noſocomia. 45.

O.

Oblationes. 15. ſeq.
Oratoria Martyrum. 48.
Ordines minores non ſunt ſacramenta. 50.
Sunt varii. 51. ſeq.

P.

Paraboliani. 51.
Parochia. 38. 41.
Parochi primitiui, et eorum initia. 119.
Patronatus juris initia. 111. ſeq.
Paupertas voluntaria. 9. 10. ſeq.
Portiones quid? 12.
Praebenda quid? 304 ſeq.
Praepoſitura in Eccleſiis Cathedralibus Germaniae vtrum ſit Papae reſeruata. 374.
Quid de ea Bambergae? Ibid.
Preces pro obtinendis beneficiis Pontificis, Epiſcoporum, Principum etc. 352.
Preciſta cum *Turnario* quid? 396.
Presbyterium, ejusque auctoritas. 132.
Significat Capitulum Cathedrale. Ibid. et ſeq.
Primitiae. 18. 23.
Ptochodochia. 45.

R.

Redditus Eccleſiae. 13. 23. 55.
Reddituum Eccleſiae partitio. 67. 76. ſeq.
Poſt Crodegangi Inſtitutum. 218. ſeq.

S.

Scholaſticus. 207.
Senatus Epiſcoporum. 128. ſeq.
Sportulae. 13. 59.

T.

Tituli. 40 41.
Treuirenſes primi erant; qui a Crodegangi inſtituto in Germania remittebant. 235.
Turnus quid ſit? 268. 298.
Quotuplex ſit. 299.
Turni initia. 265.
Turnus major, minor, fixus, errans quid? 299. ſeq.
Turni inuecti cauſſa. 329.
Turni fixi et errantis cauſſae. 351. ſeq.
Turnorum exempla ante Concordata 310. ſeq.
Varia circa *Turnum* obſeruanda. Ibid.
Turnorum exempla a Concordatorum tempore 340.
Poſt Concordata 342.
Turni errantis varia exempla. 355. 362 ſeq.
Turni renovatio. 348.
Turni errantis varia oeconomia; ac varia dubiacirca illum. 364.
Turni errantis aliud exemplum. 368.
Notabilia circa illum. 374.
Turnus Bambergae qualiter ſe habeat? 368. ſeq.
Turnarius cum Praeciſta concurrens quid? 396.

V.

Vaſſi, Vaſalli qui? 225. ſeq.

X.

Xenodochia. 45.

Digitized by Google

Menda ſic emenda

Pagina	linea		
6.	12.	hoc	hac.
	17.	ſempiternum	*adde* in.
7.	2.	diſtrabebant	diſtrahebant,
12	1.	perſecutionem	perſecutionum.
	26.	popinari	popinarii.
14.	18.	cum	locum.
16.	6.	ad	ab.
17.	4.	certa	certe.
33 et 65.		Faſcilus IV.	*omittitur.*
40.	1.	ſdeoque	eiſque.
65.	31.	obueuerit	obuenerit.
69.	8.	ſectioris	ſectionis
71.	11.	ſobietate	ſobrietate.
72.	6.	conſlmila	conſimile.
75.	31.	Turonon	Turonen,
76.	11.	Praeſiles	Praeſules,
77.	29.	ſideli	fideli.
106.	30.	ptima	prima.
108.	25.	quidem	quidam.
109.	28.	intebitur primare	videbitur priuare.
164.	31.	evempli	exempli.
	33.	homo	homini.
166.	35.	ac	ab
170	25.	extibenda	exhibenda.

Digitized by Google

Pagina	linea		
174.	14.	conſtuti	conſtituti.
176.	29.	viunt	viuunt:
184.	28.	Caroli	Carolo.
185.	7.	inſirma	infima.
188.	28.	miliua	milias
189.	6.	peruaſeret	peruaſerat
194.	17.	vrbis	verbis
201.	7.	argat	arguat
210.	2.	ſingula	ſingulis.
226.	11.	ipſe	ipſi.
229.	9.	Epiſcopus	Epiſcopis.
239.	6	in	*omittitur.*
241.	19	Collejum	Collegium.
249.	12	exarara	exarata.
250.	18.	domitoriis	dormitoriis.
255.	2.	uummus	nummus.
265.	27.	praeſe	praeferente.
283.	17.	Vacarie	Vicarie.
284.	28.	aſſignaruri	aſſignari.
288.	30.	drigint	dignit.
301.	11.	aetaria	altaria.
305.	27.	expellerit	expleuerit.
307.	2.	adfectata	adtributa.
301.	21.	inluceſſant	inluceſcant.
329.	7.	ſinuato	ſeruato.
337.	19	Krankford	Franckford.
349.	26	offerende	offerente.
353.	4	re abſe	reapſe.
	11.	fixos	*adde* aut.
377.	6.	inſinignis	inſignis.
	7.	veraa	vera.
379.	23.	ſcinia	ſcrinia.
389.	12.	ſecundam	ſecundum.

Reliqua leuiora corriget beneuolus lector.

Digitized by Google

C.XI.6. C26

Digitized by Google

Pagina	linea		
174.	14.	conſluti	conſtituti.
176.	29	viunt	viuunt:
184.	28.	Caroli	Carolo.
185.	7.	inſirma	infima.
188.	28.	miliua	miliias
189.	6.	peruaſeret	peruaſerat
194.	17.	vrbis	verbis
201.	7.	argat	arguat
210.	2.	ſingula	ſingulis.
226.	11.	ipſe	ipſi.
229.	9.	Epiſcopus	Epiſcopis.
239.	6	in	*omittitur.*
241.	19	Collejum	Collegium:
249.	22	exarara	exarata.
250.	18.	domitoriis	dormitoriis.
255.	2.	uummus	nummus.
265.	27.	praeſe	praeferente.
283.	17.	Vacarie	Vicarie.
284.	28.	aſſignaruri	aſſignari.
288.	30.	drigint	dignit.
301.	11.	aetaria	altaria.
305.	27.	expellerit	expleuerit.
307.	2.	adfectata	adtributa.
301.	21.	inluceſſant	inluceſcant.
329.	7.	ſinuato	ſeruato.
337.	19	Kra-kford	Franckford.
349.	26	offerende	offerente.
353.	4	re abſe	reapſe.
	11.	fixos	*adde* aut.
377.	6.	inſinignis	inſignis.
	7.	veraa	vera.
379.	23.	ſcinia	ſcrinia.
389.	12.	ſecundam	ſecundum.

Reliqua leuiora corriget beneuolus lector.

Digitized by Google

C.XI. 6. C26.


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google